

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XLVIII
H
48



共甘苦

Sacrorum Rituum CONGREGATIONE

Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Card.

S. CLEMENTE

Neapolitana

CANONIZATIONIS

B. IACOBI DE MARCHIA

Ordinis Min. Obſer. S. Franciſci.

POSITIO

SVPER DVBIO

An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt Indultum dicto B Venerationem in caſu &c. & ad effectum &c.

S. Catha ... ad
Annales
de Neapol:
1741



ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ 1724.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

DECRETVM

Neapolitana
CANONIZATIONIS
B. IACOBI DE MARCHIA
Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci.

CVM in proſecutione Cauſæ Canonizationis B. IACOBI DE MARCHIA Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci à nonnullis Sac. Rituum Congregationis Conſultoribus coram ſa: me: Clemente PP. XI. oppoſitum fuerit, prædictum Beatum, quoddam Opuſculum ſcripſiſſe aduerſus Fraticellos; ex eoque obſtatiuum aliquod oriri; ob quod eadem Cauſa retardari poſſe videretur; Cumque, vt in re tàm graui, tutò procederetur; duo antiquorum Characterum Periti, R. P. D. Iuſtus Fontaninus Sanctiſſimi D. N. à Cubiculo Honorario, & bo: me: R. P. D. Laurentius Zaccagna Bibliothecæ Vaticanæ olim Præfectus, electi fuerint ad effectum cognoſcendi, an prædictum opuſculum genuinum opus ſit BEATI IACOBI DE MARCHIA, necnon plerèque Additiones marginales manu eiuſdem Beati ſcriptę fuerint; Sacra eadem Congregatio, auditis Peritorum horum relationibus, alijſque rationibus, diù, ac maturè conſideratis, cenſuit, & decreuit, non conſtare, Librum contrà Fraticellos eſſe opus BEATI IACOBI, minuſque conſtare Additiones, quæ in eo leguntur, manu eiuſdem Beati fuiſſe conſcriptas; proindeque nil obſtare, quin in hac Cauſa ad vlteriora procedi poſſit; Si Sanctiſſimo D. N. viſum fuerit. Die 26. Auguſti 1724.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo D. N. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 2. Septembris eiuſdem Anni 1724.

F. Card. Paulutius Præf.

Loco ✠ ſigilli.

Nicolaus Maria Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus S. Rit. Congreg. Secr.

ROMÆ Typis Reu. Cam. Apoſtolicæ 1724.

NAPOLI

Factum concordatum.

POſt admiſſam in Congregatione diei 27. Septembris 1698. commiſſionem reaſſumptionis Cauſæ Canonizationis B. Iacobi de Marchia Ordinis Minor.S.Franciſci,illamque ſignatam à ſan.mem. Innocentio XII., fuerunt die 7.Februarij 1699.conceſſæ, & ſucceſſiuè expeditæ Literæ Remiſſoriales, ad effectum probandi in Ciuitate Neapolis, eiuſque Diœceſi Miracula ibidem ab Altiſſimo patrata ad interceſſionem dicti Beati, omniaque alia, quæ ſuperuenerunt poſt indultam dicto Beato venerationem.

In executionem præfatarum Litterarum conſtructus fuit in Ciuitate Neapolis coram Dominis Iudicibus Remiſſorialibus Proceſſus, & tranſmiſſus ad Vrbem clauſus, & ſigillatus, in actis Sacrorum Rituum Congregationis exhibitus, fuit deinde de ordine dictæ Sacræ Congregationis ſer ſer. apertus.

Fuit poſtmodùm diſcuſſa validitas dicti Proceſſus, & propoſito in eadem Sacra Congregatione dubio validitatis ipſius, reſcriptum fuit ſub die 1.Octobris 1701. *conſtare de validitate Proceſſus*.

Mox ſupplicantibus Poſtulatoribus Cauſæ Canonizationis huiuſmodi, vt deueniatur ad examen releuantiæ,& contentorum in dicto Proceſſu Remiſſoriali, ſubſcripſi Dubium infraſcriptum concordatum cum Reuerendiſſimo Domino Promotore, & proponendum in proxima Sacra Congregatione.

Dub. *An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam dicto Beato venerationem in caſu &c. & ad effectum &c.*

F. Hen. Cardinalis Noris Ponens.

NEAPOLITANA

Canonizationis

BEATI IACOBI DE MARCHIA

Ord. Minor. Obſer. Sancti Franciſci

INFORMATIO

SVPER DVBIO

An conſtet de Releuantia eorum quæ ſuperuenerunt poſt *Indultam dicto Beato Venerationem in caſu &c. & ad effectum &c.*

Compedium Vitæ Beati deſumptum ex Vuading. Herman. alijſq; Claſſicis Authoribus, & Chronicis.

BEATVS IACOBVS de Marchia Diui Ioannis de Capiſtrano Socius, ac Diui Bernardini Senenſis Diſcipulus, Picenorum Gloria prodigioſus antè quam natus, Propheta in Vtero Matris, indefeſsus in Vinea Domini Operator, potens opere, & Sermone, Regularis Obſeruantiæ Fundator, ingens Seraphicæ Religionis decus, & ornamentum, Pœnitentiæ exemplar, Malleus Hæreticorum, Nominis Ieſus, & Catholicæ fidei Propagator Inſignis, ortum duxit in Prouincia Piceni in Oppido Montis Brandoni de menſe Septembris 1391. prius tamen, quam naſceretur, Matrem ad Nuncij vocem, quod prædictum Oppidum à Prædonibus erat occupatum, iuſto timore perculſam, quod etiam eius Domus communem ſortem eſſet paſſura, reditumquè (quià grauida) imbecilli paſſu properantem, adhuc in Vtero, Prophetica voce eſt allocutus, hortatuſque, nè ſollicita eſſet, quia Domus remanſura erat illæſa, & intacta, prout euentus demonſtrauit; Ità vt ipſi quoque adaptari poſſit Elogium, quod de Hieremia pronunciauit

Altiſſimus Cap. primo -- *Peiuſquam te formarem in Vtero noui Te, & antequam exires de Vulua Prophetam in Gentibus dedi Te.*

Dum autem naſcebatur eius Domus mirabilitèr radiata fuit lucidiſſimo ſplendorum effluuio ad inſtar Syderis ſuper eà perpendiculariter fulgurantis, vt poſſet dicere cum Apoſtolo Act. Capit. 22. -- *Subito de Cælo circumfulſit me lux copioſa.*

In Baptiſmo Dominicus fuit nuncupatus; & incipiens vſque ab incunabulis ambulare per vias rectas, relicta Gregis cura, in qua non ſine Supremi Numinis Prouidentia à quadam quotidie moleſtabatur Lupa, ſe contulit ad Terram Offidæ pænes quemdam Præsbyterum eius Conſanguineum, à quo Latino Idiomate inſtructus, miſſus fuit ad Ciuitatem Aſculi, vt Humanioribus litteris operam daret, deindè Peruſium ſtudijs legalibus erudiendus.

Et quia, vt dictum fuit de Thobia -- *Puer erat ingenioſus, & fortitus Animam bonam* -- adeò in vtroque Iure profecit, vt à quodam Patritio Peruſino præpoſitus fuerit arduis ſuæ Domus negocijs in Ciuitate Florentiæ dirigendis; quibus tamen quàm citiſſimè vale dixit, ſuæ tantum Animæ negotium proſequturus; Quamobrem ingreſſus Religionem Sancti Franciſci de Obſeruantia in die dedicata Apoſtolo Iacobo Maiori, eius nomen aſſumpſit, completoque Nouitiatu ſumma cum Directoris edificatione, aliorumque exemplo, randem de Anno 1416. ætatis ſuæ 25. ſolemnem Profeſſionem emiſit.

Chriſti Miles effectus, & Sacris in Hetruria initiatus Ordinibus, Euangelizandi, & Prædicandi munus ſuſcepit, in quo valde prævaluit; pluribuſq; profuit; ſed nè dum alijs prædicabat, ipſe reprobus efficeretur, acerbiſſimâ inſtituit exercere pœnitentiam; quamobrem Regulæ, quàm profitebatur, obſeruator exactiſſimus maiorem partem noctis, quàm alij quieti dabant, diſciplinis, & orationibus conſumebat. Sobrius cibo, itàut ſemèl tantum in diem veſceretur, paucis, incoctiſque fabis, & inſuauibus hærbis, &, ſi delitiare vellet ſimplici pane, & aqua; nec vnquam per triginta annos carnem deguſtauit, donec ob ſenectutem, aſſiduoſque labores, ſtomaco totàliter debilitato, Diui Bernardini præcepto, (vt poſſet in laboribus perdurare) illis ſobrijſſimè vti coactus fuit.

Interim verò per viginti circitèr annos ferream ſuper nudo geſtauit loricam, quam deindè Confeſſarii iuſſu, mitius agendo, in aſperrimum commutauit Cilitium, nec vnquam deſtitit à Pœnitentijs, Vigilijs, mortificationibus, donec vixit, quinimò eas ſemper auxit, & de Virtute iuit in Virtutem, itaùt viſibilitèr eſſlorucrit in ipſo Sanctificatio Excelſi.

Sed quia eius operoſa Virtus intra anguſtæ limites Cellæ reſtringi non merebatur, ſed perfici debuerat in Conuerſatione Gentium, ideò à Martino Quinto Socius adiunctus Diuo Ioanni Capiſtrano, aduerſus peſtiferam Fraticellorum Sectam, deindè à Nicolao Quinto in eoſdem Inquiſitor ſpecialiter deputatus, prædicationibus, ſuaſionibus, Doctrina, prudentia, ac conſtantia plures ex ipſis ad bonam ſemitam reduxit, alios neceſſario Iuſtitiæ rigore puniuit, atque coercuit.

Expertæ itaque in rebus tàm arduis Sanctimoniæ, & prudentiæ Virum, Miniſter Generalis totius Seraphici Ordinis ſemel, ac iterum miſit tanquam Viſitatorem in Boſniam ad coercendum abuſus, qui

ibi

ibi circa Obſeruantiam Regularem intèr Religioſos irrepſerant; quibus magno labore eradicatis, iterum ad illas partes miſſus fuit ab Eugenio IV, & Martino V. tanquam Legatus Apoſtolicus, vt Manicheorum, Vſſitarum, & Thaboritarum compeſceret audaciam, quod adeò Vitæ Sanctimonia, Doctrina, aſſiduiſque laboribus perfecit, vt 50. mille Hæreticos paucis menſibus ad bonam frugem reduxerit, & 200. mille Infideles vna die baptizauerit.

Poſt hæc Italiæ, Germaniæ, Auſtriæ, Croatiæ, Illirici, Bohemiæ, & Poloniæ inceſſanter peragrauit Regiones, vt diſſidia componerer, & inſurgentes Hæreſes extirparet; prout exhauſtis pluribus incommoditatibus, viteque periculis non ſine magno fructu peregit, ſtrenuè, ac indiſinentèr laborando pro Eccleſia Dei.

Latè itaquè diuulgata eius Sanctitatis, & Prudentiæ fama Sigiſmundus Imperator eum ad ſe aduocari iuſſit, eiuſque Conſilio, & opere fructuosè vſus fuit aduerſus Turcas; deindè Ferrarienſi interfuit Concilio, à quo expeditus, iterùm in Vnghariam iuſſu Summi Pontifici remeauit, vbi renaſcentes Hæreticorum conatus repreſſit. Quibus peractis in Italiam reuocatus, ibi pariter adhibitus fuit ad coercendos rediuiuos Fraticellorum Morus, quos ſui pectoris conſtantia, dexteritate, & prudentia tandem totalitèr extinxit; iterumque aduerſus Turcas Nuncius Apoſtolicus apud Cæſarem in Vnghariam miſſus fuit, ſuoque ibidem functus officio, Romam reuerſus, ſe totum (iuſſu Summi Pontificis) addixit componendis diſcordijs exortis inter Obſeruantes, & Conuentuales, Pacemque inter ipſos, & tranquillitatem integrè firmauit, totam ferè Italiam ſuis Prædicationibus, ac Virtutibus illuſtrando.

Hinc à pluribus expetitus Principibus peragrauit ad Ducem Mediolani, vbi vnica Prædicatione 36. Meretrices ad Pœnitentiam reduxit, & deſignatus communi Voto eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopus oblatum ſibi honorem conſtantiſſimè recuſauit.

Deinde in Vngariam iterum miſſus tanquam ſupplementum Capiſtrani, qui tunc in Domino obdormierat, plures Principes contra Turcas excitauit, pluresque aduerſus ipſos opes, ac belli adiumenta collegit; maiora profectò facturus, niſi præmala valetudine redditus omninò impar negocijs; Italiam iterum redire coactus fuiſſet; Vbi aliqualitèr in ipſa confirmatus, licèt Septuagenarius pluribuſque morbis grauatus, nunquam pro Chriſto laborare deſinens, à Pio Secundo deſtinatus fuit Orator ad Peloponenſi Principem, ad quem magnam vim Bellatorum, aliaque Sacræ expeditionis munimenta detulit.

Ferrariæ deindè, & Mantuæ miſſione ei impertita, ac egregiè perfuncta, ad Venetiarum Ducem ab eodem Pontifice miſſus fuit cum eo de fœdere aduerſus Turcas pertractaturus; Poſteà verò inſtante Ferdinando Neapolis Rege iuſſu Sixti Quarti ad eum peragrauit, vbi ſe moriturum palam prædixit; prout poſt plurima ibi edita prodigia, & virtutum exibita documenta, nonagenario proximus, meritis plenus, ac innumeris Miraculis clariſſimus, ſub die 28. Nouembris 1476. obdormiuit in Domino, ſui deſiderium, & famam apud omnium Gentium Ordines perennitèr relinquens; Quatuordecim dierum ſpatio iuſſu Caroli Ducis Calabriæ eius Corpus in Eccleſia Sanctæ MARIÆ della Noua eiuſdem Ciuitatis, vt Populorum deuotioni ſatisfieret, inhumatum extitit, abſque vlla ſui labe, & intactum; Signis quam plurimis, ac prodigijs Sanctita-

tem famuli ſui Domino conteſtante ; Deindè vulgaris honorem Sepulturæ ſortitum fuit ; verum percrebeſcente quotidie magis eius Sanctitatis fama , Sixtus Quartus poſt lapſum vnius anni mandauit , vt in conuenientiorem locum transferreretur ; & poſtea Leo X. indulſit Fratribus eiuſdem Conuentus Sanctæ MARIÆ della Noua , vt poſſent poſt Completorium ad eius Sepulchrum accedere, ibidemque Cantare Hymnum cum Verſiculo in eius honorem , eiſque , ac omnibus interuenientibus conceſſit pro qualibet vice Indulgentiam vnius anni , & 40. dierum , adeò de eius Sanctitate erat perſuaſus ; verum pluribus impeditus negocijs , quæ ſua tempora difficillima , ac calamitoſa reddiderunt , eius Canonizationis Cauſam proſequi non valuit .

Inſtante poſtmodum apud Clementem VII. Carolo V. Imperatore , vt in ea procederetur ad vlteriora , fuerunt auctoritate Apoſtolica facti Proceſſus , & ad Sanctam Sedem tranſmiſſi , & deindè per ſpeciale Breue Pauli V. ad Inſtantiam Philippi III. , fuit reaſſumpta Cauſa ſub die 3. Octobris 1607. nouiſque ſubindè confectis Proceſſibus , ijſque in Sacrorum Rituum Congregatione ritè , ac maturè diſcuſſis proponente Cardinali Gozzadino ſub die 18. *Martij* , & 8. *Aprilis* 1623. , emanarunt infraſcripta Decreta ; Primò nempè conſtare de præfatorum Proceſſuum validitate ; Secundo de Virtutibus Theologalibus , Tertiò de Cardinalibus , & de Donis Spiritus Sancti , Quartò de fama Sanctitatis ; Quintò de Miraculis in Vita , & poſt mortem .

Quibus annuendo fel. rec. Vrbanus VIII. eximijs Serui Dei Virtutibus , & Miraculis permotus , ſub die 12. *Auguſti* 1624. per Breue eidem conceſſit Beatificationis Indultum , & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ della Noua , vbi eius Corpus aſſeruatur , Officium , & Miſſam de Confeſſore non Pontifice largitus fuit , quod poſtea ad Vniuerſum Ordinem Franciſcanorum extendit , & deindè ad Ciuitatem , totamque Diœceſim Neapolitanam ; vbi inter alios Protectores publicis conſpirantibus Votis admiſſus fuit .

Subſecùta autem de Anno 1697. reuiſione Operum quæ ipſi tribuebantur , ſignatàque ſub die 27. Septembris 1698. Commiſſione reaſſumptionis Cauſæ , fuerunt deindè , nempè die 7 Februarij 1699. ab hac Sacra Congregatione annuente fel. rec. Innocentij XII. conceſſæ litteræ Remiſſoriales ad effectum probandi in Ciuitate Neapolis , eiuſque Diœceſi Miracula ibidem ab Altiſſimo patrata ad ſui famuli Intercceſſionem , omniaque alia , quæ ſuperuenerunt poſt eidem Indultam Venerationem , cumque ſub die prima *Octobris* 1701 reſcriptum fuerit : *Conſtare de validitate dicti Proceſſus* , & remaneat nunc diſcutienda eiuſdem releuantia , fuit concordarum præinſertum dubium cum Reuerendiſſimo Domino Promotore Fidei , quod ab Eminentiſſimo Ponente fuit ſubſcriptum , & in hodierna propoſitione fauorabilitèr ex infradicendis reſoluendum eſſe ſperatur .

Sed antequam deueniatur ad diſcuſſionem Miraculorum , aliqua ſunt prænotanda quæ tendunt ad probandum plurium rerum releuantiam , quæ pariter ſuperuenerunt poſt Indultum dicto Beato Venerationem ; Nimirum quod poſt Annum 1624. quo fuit ei conceſſum prædictæ Venerationis Indultum , creuit in immenſum erga illum deuotio Populorum ; ſicuti liquet tàm ex inſpectione , & deſcri-

descriptione eius Cappellæ ad quam nouissimè deuentum fuit in vim facultatis concessę ab hac Sacra Congregatione; Quam etiam ex depositionibus plurium Testium in Processu Remissoriali examinatorum. Cappella etenim prædicta (quæ in nobilissimam, ac ampliſſimam formam constructa antiquitus fuit à Magno Capitaneo, in qua Corpus Beati requieſcit incluſum in quadam Capſa Criſtallina prouiſa à Duce Boiano familiæ Pandonæ, vt refert XXXVIII. Teſtis iuxtà nonum Proc. fol. 945., de qua etiam meminit Card. de Luca *de Regular. diſc.* 20. *num.* 9.) fuit poſt prædictum annum 1624. egregie depicta à celeberrimo Pictore Equite Maximo cum repræſentatione delationis Corporis Beati ad Pontem Magdalenæ aduerſus Veſſuuium, qui de anno 1631. vehementer erumpens minabatur extetminium Ciuitatis Neapolis, ſed ad aſpectum huius Sacri *Depoſiti* mirabiliter retroceſſit, vt inferius enarrabitur. Redundat inſuper ſupradicta Cappella pretioſis ſuppellectilibus, votiuis Tabellis, & innumeris Piorum oblationibus, quas recentiſſima, & in dies ſemper magis creſcens pietas, & gratitudo populorum venerabunda ſiſtit ad eius Sepulcrum; vt patet ex eiuſdem deſcriptione, quæ datur per extenſum in *Summ. poſt primum Miraculum num.* 3.

Adeoque erga ipſum augetur fidelium Cultus, & deuotio, vt qualibet die celebrentur ad eius honorem in ſuo Altari 20. circitèr Miſſæ, vt inquit VI. Teſtis *Proc. fol.* 255. *à tergo*, & Teſtis XVIII. iuxtà IX. *Proc. fol.* 592. Imò etiam 40. vt deponit Teſtis XII. *Proceſ. fol.* 434. *à tergo*. Quæ tamen cum omnes celebrari non poſſint in prædicto eius Altari, celebrantur in alijs ad eius honorem, & ſic concordantur omnes prædicti Teſtes, qui primà facie videntur inter ſe diſcordare quoad numerum Miſſarum.

Eius verò feſtiuitas ſolemnizatur die 28. Nouembris magna cum pompa, & apparatu cum interuentu Electorum Ciuitatis, Excellentiſſimi Proregis pro tempore, Eminentiſſimi Archiepiſcopi, Nuncij Apoſtolici, aliorumque Prælatorum, & Magnatum, qui in ea occaſione adſunt in Ciuitate, vt præceteris probat 38. Teſtis iuxtà IX. *Proc. fol.* 955. duratque feſtiuitas per totam Octauam cum Muſica, & Panegyticis qualibet die, & Proceſſionaliter defertur ad eius Cappellam Statua ipſius, quæ aſſeruatur in Cathedrali in Cappella Theſauri, data tamen prius idonea fideiuſſione de illam reſtituendo ad effectum reportandi ad dictam Cappellam Theſauri, terminata Octaua: Et cum olim formarentur 40. mil. Breuia cum impreſſione eius nominis, & Imaginis, quæ quolibet anno diſpenſabatur fidelibus, quinque ab hinc annis vix ſufficiunt 80. mil. adeò aucta eſt erga ipſum Populi deuotio; ptout refert idem XII. Teſtis *d. fol.* 434. *in fine*, & XIV. Teſtis ſuper primo Articulo *fol.* 526. *à tergo*. Itaut meritò concludat VII. Teſtis *Proc. fol.* 352. *in fine — La diuotione del Beato Giacomo è vna delle principali di queſta Città di Napoli*.

Hinc continuus, & admirabilis eſt Populi concurſus ad eius Sepulcrum; quin, & Magnates, Epiſcopi, & Cardinales ad ipſum Venerabundi procidunt; quodque ingens præbet pietatis exemplum, Excellentiſs. Prorex Neapolis Dux Medinæ Cæli, eiuſque Excellentiſſima Vxor ſæpiſſimè ad eius Vrnam accedunt, eiuſque opem implorant, fruunturque identidem aſpectu Corporis Beati pluraq;

ei offerunt muneta; imò quia quandoque pluribus diſtractus negocijs, idem Excellentiſſimus Prorex obdormire non poteſt, vtitur Caputio dicti Beati, & ſic quieſcit; vt deponunt VI. Teſtis *Proceſſ. fol.* 304. Iuxta X. Interrogatorium, & VII. Iuxtà IX. *fol.* 336.

Quinimò poſt prædictam Venerationem noſtro Beato Indultam duo Legata Pia in eius honorem facta fuerunt, videlicèt, vnum Ducatorum mille relictum à D. Beatrice Somma ad preciſum effectum procurandi eius Canonizationem, quod fuit agnitum, & ratificatum à D. Cæſare Bologna eius filio de anno 1650., & deindè executioni traditum de Anno 1696. à bo:me: Reuerendiſſimo Ioſepho Bologna Archiepiſcopo Capuano mediante aſſignatione certi Capitalis, vt ex Copia publica Inſtrumenti exhibiti in Proceſſu Remiſſoriali *fol.*1216.*& ſeqq.*

Et alterum Ducatorum 60. factum à qu. Franciſco Toccarella de anno 1659. prout ex particula Teſtamenti exiſten. in dicto Proceſſu *fol.*1218.*à ter.*

Hinc deueniendo ad examen Miraculorum; præmittendum duximus quod ad effectum Canonizationis eius Beati cuius fuerunt approbata Miracula facta ante Beatificationem, non requiritur perneceſſe eorumdem continuatio, ſed tantummodò deſideratur ad certius reddendum Iudicium Eccleſiæ, prout vno ore teſtantur Canoniſtæ in *Cap. primo de Reliq. & Venerat. Sanctor.* Rocch. *de Canonizat.cap.*8.*in fin.*, & firmatum fuit per Auditores Rotæ in Rel. tione *Sancti Ludouici in Bertrandi, & noſtri met Beati Cap. de Miraculis*.

Et ad hunc effectum ſufficiunt duo, vel ad ſummum tria Miracula cõcludenter probata; *Felin.in cap.Quadam n.*47.*de Teſtibus*, *Franceſ.var.cap.*29.*num.*60.*Maluet.de Canonizat.dub.*3.*num.*6 *Matt. tract.eodem part.*4.*cap.*7.*num.*9.*&* 11.*Pignatell.tom.*5.*conſult.* 18. *num.*2. cum alijs adductis per Auditores Rotæ in *Relatione Sancti Ignatij Laiolæ in primo Miraculo*.

Et admittuntur cuiuſuis ſint generis, vel ordinis, etiam ſi non ſint de maioribus, & excelſioribus, vt reiectis contrarijs probat ibidem *Matta num.*10., & firmatum fuit in prædicta *Relatione Sancti Ludouici Bertrandi d. Cap.de Miraculis*.

Rurſus, quia Miracula directè, & euidenter ptobari nequeunt, cum Intellectus humanus ob ſui imbecillitatem diſtinguere non valeat, vbi terminet Iuriſdictio naturæ, & incipiat operatio gratiæ, proùt aduertit *Franceſ.var.cap.*29.*num.*18.*Pignatell.conſult.*54. *num.*6. *tom.*4.

Ideò in hac materia pro regula traditur, quod Miracula certificantur ex Sanctitate Vitæ, & Virtutibus iam approbatis illius, ad cuius Interceſſionem prætenduntur facta fuiſſe, vt monuit *Gregorius IX. in Canonizatione Sancti Antonÿ de Padua tom.primo conſti t.*4. §.3. & interpretando *Cap.Venerabil.dè Teſtib.*, probarunt *Ioannes Andreas num.*4., *& Hoſtien.n.*5.

Ob quam profectò rationem in Beatificatis faciliùs admittitur Miraculorum continuatio, quia iam probata ſunt eorum merita, & virtutes; & cum Deo familiaritas, ex deductis per *Matt.de Canoniz. par.*4.*cap.*20.*num.*5.

His itaque præmiſſis, quamuis, vt ſupetius probatum fuit ad effectum,

ctum, de quo agitur, duo tantum miracula sufficerent, nihilominùs nè in tàm ampla retum admirabilium copia, quas ad Interceſſionē famuli ſui Altiſſimus patrare dignatus fuit, inopes, ſterileſque videantur, duodecim ex pluribus elegimus Miracula ſuperuenta poſt eidem Indultam Venerationem, quæ hodierno proponuntur examini, & verè ſunt de maioribus, & otdinis excelſioris, quorum Cathalogus hìc ſubicitur.

Cathalogus Miraculorum.

Quæ ſuperuenérunt poſt Indultam Beato Iacobo Venerationem deſumptus ex Proceſſu Remiſſoriali in Ciuitate Neapolis nouiſſimè confecto.

PRimum Miraculum Incorruptionis, & Flexibilitatis Corpotis Beati.

Secundum, Perennitatis eiuſdem Incorruptionis, & Flexibilitatis, ſiuè conſeruatio prędicti Corporis in eodem ſtatu à die obitus vſque in præſentem diem.

Tertium, Odoris ptofluentis ex prædicto Corpore Beati.

Quartum, Liberationis Ciuitatis Neapolis ab Incendio Veſſuuij.

Quintum, & Sextum, Inſtantaneæ liberationis Nicolai Gambacurtæ à Cæcitate; Cum repetita liberatione à noua Cæcitate iterum ei ſupetuenta.

Septimum, Inſtantaneæ ſanationis Ignatij Auelloni ab Apoſtemate in Brachio dextero.

Octauum, Inſtantaneæ ſanationis ab inueterata Epilepſia Liborij Auelloni,

Nonum, Inſtantaneæ Sanationis Victoriæ Sannellæ ab atiditate, attractione, & ſtupiditate Brachij ſiniſtri, & manus ob partialem Apoplexiam, ſiuè veram, & perfectam Paralyſim.

Decimum, Inſtantaneæ ſanationis Luciæ Tramæ Pinſochæ ab attractione Brachij dexteri, & manus ob Apoplexiam, ſiuè perfectam Paralyſim.

XI., & XII. Sanationis Ioannis Baptiſtæ Barberini à natiua Pedum inuerſione; & Angina.

Et accipiendo miraculum pro eo, quod à Deo fit præter retum naturam ad Intetceſſionem famulorum ſuorum, & ad eorum Sanctitatem manifeſtandam, & glorificandam, iuxtà definitionem traditam per *Maſcard. concluſ. 161. num. 25. & 34.* Examini ecce ſe offert.

PRI-

PRIMVM MIRACVLVM:

Incorruptionis, & Flexibilitatis Corporis Beati Iacobi.

CEleberrimum profectò est hoc Miraculum, & vniuersali expositum admirationi, quod ad glorificandum Corpus Famuli Sui, dextera Altissimi in eo perenniter operatur; Cum enim Beatus Iacobus obierit vsque de anno 1476., adhùc tamen eius Corpus post decursum annorum 225. seruatur in sua situatione extensa, & septipalmari incorruptum, flexibile, & integrum; excepta vna tantum Pectoris Costa, quæ pro Reliquia tradita fuit Magistratui Ciuitatis Neapolis, & asseruatur summa cum honorificentia inclusa (vt superius prælibatum fuit) in quadam Statua Argentea existente in Ecclesia Cathedrali, in Cappella, quæ vocatur Thesauri, inter alias Statuas Sanctorum Protectorum eiusdem Ciuitatis; & excepta pariter Summitate Nasi, qui vt deponit Testis 19. Proc. fol. 255., & Testis 33. fol. 847. potius aridus exiccatus, ac contractus videri potest (prout sunt etiam Auriculæ,) quam deficiens; Diuina sic disponente Prouidentia, vt remota quacumque fraudis suspicione, in aliqua parte eiusdem met indiuidui appareant destruentis naturæ molimina, & præseruantis Gratiæ præsidia.

De hac itaque Incorruptione, & Flexibilitate deponunt sex Testes de visu, nempè VI. XII. XIV. XX. XXI. & XXX. quorum depositiones dantur in sequenti. *Summ. num primo.*

Ex quibus sunt speciali consideratione digni VI. & XXXIV., qui diù fuerunt Sacristæ Cappellæ Beati, eisdemq; proindè datum fuit sæpè posse videre, & tractare eius Corpus; Isti namque addunt, quod supradictus Excellentissimus Prorex Neapolis, eiusque Excellentissima Vxor in eorum præsentia proprijs manibus tractare voluerunt hoc Sacrum Depositum, illudque inuenerunt Incorruptum, Integrum, & Flexibile dicto *Summ. num.* 1. quoad sextum Testem §. 58. & quoad trigesimum quartum §. 28.

Ac etiam inter alios se distinguunt Testis XII. & XIV., qui referunt Accessum Eminentissimi Cardinalis Vrsini Archiepiscopi Beneuentani ad Sepulcrum Beati, & notabiliter testantur, quod ipse attentissimè considerans hanc Incorruptionem, & Flexibilitatem admiratione raptus prorupit in hæc verba -- *Questo basterebbe à conuertire tutti gli Eretici del Mondo*, vt habetur respectu Testis XII. §. 15. & 16., & respectu Testis XIV. §. 19. & 20. dicti *Summar. Num. primo.*

Cæterì verò Testes à Primo vsque ad XXXVI. deponunt de visu, quoad Integritatem Incorruptionem, & Flexibilitatem Capitis Manuum, & Pedum, quia Partes istę expositę sunt oculis omnium; de reliquis verò, quę operiuntur habitu Religionis, testantur de publica voce, & fama: ac de notorio, aduersus quod nunquàm aliquid dictum, aut auditum fuit in contrarium, vt in *Summario Num.* 2., in quo solum dantur depositiones nonnullorum ex dictis Testibus, nempè VII. VIII. IX. XIII. XVII. & XVIII. omissis alijs, vtpotè

vtpotè cum ipſis conformibus quoàd omnia, quorum datur Catalogus in fine *Summ. Num.2.*

Sed quod caput eſt, probatio huius facti, redditur omninò incontrouertibilis, & euidentiſſima. Etenim hæc Sacra Congregatio poſt conceſſas de anno 1699. Litteras Remiſſoriales ad effectum conficiendi in Ciuitate Neapolis Proceſſum in ſpecie ſuper ijs, quæ ſuperuenerunt poſt Indultam Beato Iacobo Veneratione, quæ directæ fuerunt Eminentiſſimo Cardinali Archiepiſcopo, ac Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Epiſcopis Fundano, & Maſſę Lubrenſis, conceſſit quoque ſub die 13. *Martij anni* 1700. eiſdem Iudicibus Facultatem viſitandi, & deſcribendi Corpus Beati, vt patet ex litteris deſuper expeditis die 3. *Aprilis eiuſdem anni*. Quarum vigore *ſub die* 2. *menſis Iunij anni* 1701. fuit factus acceſſus ad Cappellam Beati cum interuentu omnium prędictorum Iudicum, duorumque Subpromotorum Fidei, vnà cum ſex Peritis Phiſicis, Tribuſque Teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, ac Notario, & coram prædictis omnibus (eaqua decet reuerentia) fuit Sacrum Corpus denudatum, repertumque Integrum, Incorruptum intrà, & extrà, excepto Naſi apice, & Coſta, vt ſupra detracta pro Reliquia, & Oſſo Nauiculari dexteri Pedis, quod deficit; omneſq; obſeruarunt articulum ſiniſtri humeri aliquantulum dimotum eſſe à ſuo loco, Corpuſque eſſe abſque viſceribus, cauitates autem ipſius albo vellere eſſe repletas, Caput paritet eſſe integrum ſine vlla apertura, Oculoſque clauſos cum ſuis palpebris, & auriculas integras, ſed aridas, ac etiam obſeruarunt coilum, & brachia dicti Beari, manuſque, & digitos eſſe flexibiles, & in ipſis adeſſe vngues; Proùt concorditer teſtati fuerunt non ſolum Eminentiſſimus Cardinalis Archiepiſcopus, & Reuerendiſſimi Epiſcopi Maſſę Lubrenſis, & Fundanus, ac ambo Subpromotores Fidei, & Notarius, vt latè habetur in dicto *Summar. Nu.3. à* §. 1. *ad* 10., *& ſic per tot.*

Verùm etiam præfati Teſtes, *Summ. Num.*4. & Periti *Summ.Nu.*5. quorum primus ſpecialiter aduertit, quod Corpus Beati eſt tractabile, ac flexibile cum quadam mollitie vnctuoſa *dict. Summar. Num.*5.§.2. Secundus verò in ſua doctiſſima relatione refert, quod in cuti viſuntur Pili tanquam recenter tonſi, & Cerebrum in ſuo loco ſeruatur intactum, *d.Nu.*5.§.5. & vigeſimus quartus §.6. addit, quòd dato, quod reperiantur alique Cadauera intacta, attamen non habent flexibilitatem, quę adeſt in Corpore noſtri Beati.

Et vlteriùs prædicti Teſtes, & Periti in eorum ſolemni examine poſteà facto per extenſum, ac explanatè depoſuerunt eadem ferè omnia, quæ ædiderant in eorum relationibus, vt videre eſt quoad examen *dict. Summar. Num.*5. §.16. 17. 20. 26. *&* 31.

Ac vnanimiter concludunt præfatam Incorruptionem, & Flexibilitatem tanquam nullo humano artificio procuratam, naturaliter euenire non poſſe, ſed omninò Miraculo eſſe adſcribendam.

Proùt generaliter tenuerunt omnes ſcribentes de hac materia, & ſpecialiter *Caſtellin.de certit. glor.Sanctor.cap.*14.*n.*17.*Raynaud. de Incorrupt.Cadauer.cap.*3.*nu.*7. *Zacch quæſt.Medic.Legal.lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*10. *nu.*15. *pag.* 319. *Bordon. controu. Moral.* 23. *ſub num.*24. *verſ. Incorruptio, Pignatell. conſult.*442. *nu.*15. *pag.* 41. *tom. primo*.

Et passim miraculo adscripta fuit ab Auditoribus Rotę, vt videre est in *Relatione Canonizationis Sancti Bonaventurę apud Panuin. par. 2. art. 5. in fine, & Sancti Francisci Xauerij in primo Miraculo post obitum, & Beati Petri Regalati tit. de frequentat. Populor.*, & *S. Paschalis Baylon in tertio Miraculo, & Sancti Isidori in primo post mortem penes Contilor. pag.* 748. *in prine.*, & *in Relatione Sanctæ Theresię tit. de exhumati Corp. propè finem.*

Et ex illa maximum resultare Iudicium Sanctitatis, docet Diuus Augustinus Confess. *lib.* 4. *Castellin. in tract. supraeitato cap.* 6. *n u.* 3. *Matt. de Canoniz. par.* 4. *cap.* 17. *num. primo*, *Scaeb. tract. eod em sect.* 9. *cap.* 3. *Contilor. cap.* 14. *num.* 17. *Zaceh. quæst. Medic. legal. tom.* 1. *lib.* 4. *tot.* 1. *quæst.* 10. *Reyes Franc. quæst.* 34. *num.* 26. *vbi quod id libentius est admittendum, si Corpus est etiam flexibile* = vt in casu nostro.

Nec profectò nos latet, quod Cadauera eorum etiam, qui non merentur Canonizari, possunt ex aliqua naturali, aut artificiali Causa diù incorrupta manere, veluti ex situs, aerisque temperie, vel fulminis tactu, humidum putrefactiuum exiccantis, vel demum ex quorumdam dierum prærogatiua, nempè 27. 30. *Ianuarij*, & 31. *Februarij*, in quibus, qui nascuntur fama est Corruptioni non subiacere, *Teste Beda de Natiuit. Infant.*, quod præstant etiam Vnguenta, & Aromata, quibus Magnarum Corpora condiri solent, quorum omnium meminit *Matt. de Canonizat. Sanctor. par.* 3. *cap.* 14. *per totum*.

Verum præmisso, quod Beatus Iacobus ortus fuit de mense Septembris, & non in illis diebus priuilegiatis, quos supra recensiuimus, vlteriùs receptissima est regula apud omnes Canonistas, quæ passim etiam in hac Sacra Congregatione seruatur, quod vbi Causa artificialis excluditur (vt in casu nostro exclusa fuit per Iudices, Subpromotores, Testes Peritos, ac Notarium, qui nullum vestigium humani Artificij in Beati Corpore repererunt) & aliundè constat de Sanctitate Vitæ illius, cuius Corpus incorruptum seruatur, tunc Incorruptio transite debet in Miraculum, præcipuè vt in casu nostro; si cum ea coniungitur etiam Flexibilitas, proùt magistralitèr distinguendo tradit *Matt. de Canoniz. dict. par.* 3. *cap.* 14. *num.* 14. *Francesc. d. quæst.* 34. *num.* 26.

Et ratio est, quia Incorruptio, & Flexibilitas proueniunt à principijs omninò contrarijs; illa siquidem à siccitate, & humidi subtractione, iuxtà Sententiam *Galeni lib.* 3. *de die decreto cap.* 2. *clas.* 4. *Zaceb. quæst. Medic. legal. quæst.* 10. *num.* 18. Hęc verò ab humiditate, ex Sententia *Hippocratis Aphorism.* 71. *sect.* 5. Si igitur Corpus Beati ab omni humiditate depauperatum est, aridum vtique esse deberet, & non molle, si vero molle, vtique non Incorruptum, nisi vtrumque supernaturale.

SE-

SECVNDVM MIRACVLVM

Perennitas huiuſmodi Incorruptionis & Flexibilitatis, ſeù conſeruationis Corporis Beati in eodem ſtatu vſque ad præſentem diem.

EX deductis in Informatione, & Summario dato ad probationem primi, & ſecundi Miraculi patet, quod Corpus Beati Iacobi à die, qua obijt, nempè 28. *Nouembris* 1476. vſque ad præſens, & ſic per ſpatium 225. annorum conſeruatur illeſum, molle & flexibile, & cum aliarum inſignium circumſtantiarum concomitantia, de quibus infrà; Quid quid igitur ſit, an actio productiua, & conſeruatiua ſit eadem, diuerſificata ſolum quoad modum, vt tenet Scotus aut diuerſa; vt ſubſtinent Thomiſtę; illud certò conſtat apud omnes, quod diuturna conſeruatio Corporis defuncti eſt nouum, & continuatum Miraculum; quia cum vis illa naturalis, quæ in Corpore viuo repellit accidentia ad eius deſtructionem tendentia per obitum iam euanuerit, & adhùc, imò maiori cum impetu inſtent principia deſtructiua Corporis ab omni defenſione iam deſtituti, propterea actio eiuſdem conſeruatiua debet eſſe ſupernaturalis Virtutis, & Miraculoſa, vt per modum obſtatiuum, aut per ſubtractionem concurſus à principijs corrumpentibus, illud tueri, & pręſeruare valeat; cumque prædictę Cauſę naturales ſemper inſtent pro deſtructione Indiuidui, hinc immortalitas beneficij, ſeù continuata illa defenſio redditur continuum, & ſucceſſiuum Miraculum. Ideoque in hac materia quodcumque inſtans ſuccedens inſtanti haberi debet pro nouo, & diſtincto Miraculo.

Et ità practicare conſueuit hęc Sacra Congregario, quę in contingentia caſuum, pro vno Miraculo ſeparato, & diſtincto admiſit Incorruptionem, & pro alio perennitatem eiuſdem Miraculi, vt in *Canonizatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis*, in cuius Decreto facto ſub die 10. *Septembris* 1668. legitur-- *Conſtare de quinque Miraculis ex treſdecim allatis, & in diſcuſſionem adductis, videlicèt de primo, & ſecundo continuationis Incorruptionis, & fragrantiæ corporis Beatæ, &c.*

SVMMARIVM

Primi, & Secundi Miraculi.

Num. Primo. Teſtes deponentes de viſu quoad Incorruptionem, Integritatem, & Flexibilitatem Corporis Beati.

S*Extus Teſtis Ludouicus ab Auerſa Sacerdos Profeſſus Ordin. Min. Obſer. Sancti Franciſci ætatis ſuę annorum* 59. *Proceſs. fol.* 252. *Iuxtà* 9. *Interrogatorium Proc. fol.* 255. *à terg.* Reſpondit. Io per eſſere ſtato, & eſſere Sagreſtano, come hò detto di detta Cappella, sò, che il Corpo del Beato Giacomo della Marca ſtà riposto in vna Caſſa di Marmo, e Criſtallo ſopra l'Altare Maggiore di detta Cappella, doue continuamente ogni giorno mattina, e ſera hò viſto venire li Fedeli à Venerarlo, adorarſi, e cercar gratie, & offerire Voti, & Elemoſine al detto Beato, & alcuni fanno il Memoriale in ſcriptis diretto à detto Beato di quella gratia che deſiderano, e lo fanno mettere auanti la ſua Caſſa, e ciò ſi fà non ſolo da perſone Ciuili, mà anco da Caualieri, Prencipi, Prelati, e Potporati, & Io lo sò perche ſono coſe, che paſſano per le mie mani, e nell' Altare di detto Beato ſogliono celebrarſi ogni mattina da quindici in venti Meſſe non ſolo da Frati noſtri, ma anco da Preti Secolari, & altri Sacerdoti d'altre Religioni, e da Prelati, quali per diuotione particolare verſo detto Beato ſoglio no venire à celebrare la Meſſa in detto Altare con aſſiſtenza di Perſone Nobili di Dame, e d'ogni qualità, & Io lo sò per la raggione ſudetta, e sò parimente, che il Corpo di detto Beato Giacomo ſia tutto intiero, perche ſempre che ſi è apetto, e ſcoperto in tempo, che Io ſono Sagreſtano, mi ſono troùato preſente, e l'hò viſto, e l'hò tratrato, e toccato con le mie mani, & hò viſto, che altri l' hanno toccato, e ttattato, e ſolo vi manca la punta del Naſo di detto B. Giacomo; & anco vna Coſta del ſuo petto, che hà ſeruito per Reliquia, la quale ſi poſe dentro la Statua d'Argento, che ſi conſerna nella Cappella del Teſoro de' Santi Protettori, e Padroni di queſta Città di Napoli, frà quali Protettori, e Padroni è detto B. Giacomo, quale Cappella del Teſoro è ſita dentro la Chieſa Cathedrale di queſta Città di Napoli, & in oltre hò oſſeruato, che à d. Corpo vi manca vn pezzo di Carne del Petto di detto Beato, qual fù traſportato per Reliquia nel Caſtello di Monte Brandone della Marca Patria di detto Beato, ne hò viſto, che in detto Corpo vi manchi altra parte eſſentiale, e detto pezzo di Carne ſi conſerua nel Conuento della mia Religione in detto Caſtello di Monte Brandone, e queſto lo sò come Religioſo di detta Religione prattico, e bene informato, & è coſa publica nella Noſtra Religione, sò anco, che il detto Corpo di detto B. Giacomo è fleſſibile così nella Teſta, come nelle Braccia, Coſcie, Gambe, e Mani, petche li Nerui ſono intieri, e ſani, e giocano, e quando ſe li alza la Teſta, le braccia, gambe, e ſe li mouono le mani, li detti nerui non ſi rompono, ne ſi laſciano, ma ſtanno ſodi nella loro integrità, e cedono al moto della mano di chi l'alza, e queſto lo sò, per hauerlo viſto

§. 1. Integritas, & Flexibilitas.

De viſu, & ex contractu.

§. 2. Nerui *ſunt integri*, & ſani, & mouentur.

più

più volte ogn'anno, e per hauerle toccate, & alzate con le mani mie le dette Membra in occasione, che l'hanno mutato il Cappuccio, ò pure, che sono venute persone di qualità à vedere detto Corpo, & osseruare la di lui integrità, e flessibilità, e conforme particolarmente successe due anni sono, che l'Eccellentissimo Signor Duca di Medina-Celi hodierno Vicerè di questa Città, e Regno, venne in detta Cappella di detto Beato Giacomo per sua diuotione, conforme è stato, & è solito di venirci altre volte, e proprio all'ora, che erano li 12. di Decembre volse vedere detto Corpo, e noi l'apristimo la Cassa, e vidde l'Integrità, & incorruttione di detto Corpo, & anche osseruò la flessibilità della Testa, Braccia, Mani, Coscie, e Gambe di detto B. Giacomo, e con le sue proprie Mani volse toccarlo, e con gran deuotione lo bacciò nelle Mani, e nella Faccia, e tutto s'intenerì in vedere la detta flessibilità, & integrità, e volse il Cappuccio, che teneua detto Beato Giacomo per sua diuotione, & in sua presenza ce lo leuai con ponerli vn altro nouo, e quello, che li leuai Io lo diedi al detto Signor Vice-Rè, il quale nell'istesso tempo lasciò per Elemosina al detto Beato ducati Cento di Regno per mano del Padre Noriega suo Confessore del medemo Nostro Ordine dimorante in detto Nostro Conuento di Santa Maria della Noua, à che detto Sighor Vicerè li diede, e l'Eccellentissima Signora Vice-Regina D. Anna Maria Girone Moglie di d. Sig. Vice-Rè. venne l'istesso giorno mezz'ora in circa doppo ad adorarsi à detto Beato Giacomo, e lo volse vedere, osseruare, e toccare il Corpo di detto B. Giacomo, e noi li fecimo osseruare il detto Corpo con la sua Integrità, incorruttione, e flessibilità come di sopra, e detta Signora Vice-Regina ne restò edificata, e ci raccomandò, e volse toccare detto Corpo e baciarlo nelle mani in presenza di molto Popolo, che ci concorse, conforme concorse anco quando poco prima fù osseruato da detto Eccellentissimo Sig. Vice-Rè, & Io lo sò, perche vi fui presente, e passò ogni cosa per mano mia e dalli Padri si cantò l'Inno con l'*Antifona*, & Oratione di detto B. Giacomo tanto in presenza di detto Signor Vice-Rè, quanto di d. Sig. Vice-Regina, e sò anco, che il Corpo di detto Beato Giacomo spira vn'Odore, che da al Balsamo, e questo l'hò osseruato, & inteso con le mie Narici da sette anni à questa parte sempre, che si è aperta la Cassa di detto B. Giacomo, & è suauissimo, atteso per il passato quando si è aperta la detta Cassa in tempo mio Io non ci hò aduertito, e quest'odore non solamente l'hò inteso Io, mà l'hanno inteso altri Padri, della mia Religione, come il Padre Fr. Giacinto d'Auersa mio Cõpagno, & altri conforme da loro hò inteso, e l'istessi Sig. Vice-Rè, e Vice-Regina intesero l'istesso odore quando volsero vedere il detto Corpo conforme hò detto di sopra, & essi lo testificarono publicamente, & Io l'inteσi quando lo dissero, e sò anco che il Cappuccio, e li Berettini, che si mettono ogni anno al detto Beato Giacomo, quando se li leuano danno il medemo odore Balsamico, e questo l'hanno osseruato altri, che hanno hauuto li detti Berettini, ò parte di detto Cappuccio

De visu, & Contactu in pluribus vicibus.

§. 3.
Recognitio Corporis facta coram Excellentissimo Prorege Duce Medinæ Cæli.

§. 4.
Excellentiss. Prorex proprijs Manibus Corpus Beati contrectauit.

Præsens dictæ Visitationi.

§. 3.
Odor ex dicto Corpore sicut Balsami.

Ex facto proprio, & ex certa Scientia.

§. 6.
Et Excellentissimus Prorex, eiusque Excellentiss. Vxor testati publicæ fuere de prædicto Odore præsente eodem Testo.

cio per diuotione, e nella mia Religione è publico, e noto appresso li Deuoti.

Interrogatus ex Officio ipsorum Dominorum Iudicum Delegatorum, an sciat ipse Testis examinatus, Corpus dicti Beati Iacobi à Marchia fuisse Balsamo, seù alio aliquo Odorifero liquore linitum, vel in ipsa Capsa depositi asseruari aliquod Materiale, seù Vasculum Odorem redolens, & quatenus, &c. recenseat distinctè quidquid ipse scit.

§. 7. Iudicium Testis super dicto Odore, quod scilicet prædictum Corpus nunquam fuit aliquo Odore conditum.

Respondit -- Il Corpo del detto Beato Giacomo non hò mai inteso dire, che fosse stato Balsamato, ò vnto, ò lauato con vnguento, ò acque odorifere, e se ciò fusse stato, nella mia Religione si saria saputo, & Io ancora lo saprei per detto, ò tradition̄e, & oltre di ciò Io, che sono prattico dell'effetto, che fanno i Balsami ne i Corpi Balsamati, quando sono Vecchi, & antichi, sò, che i Balsami sudetti quando sono inuecchiati nõ solo non danno buon'odore, ma si corrompono, e fanno cattiuo odore, e questo non si è osseruato mai nel Corpo del detto Beato Giacomo, il quale da 224. anni in qua che morì si è conseruato intatto, & incorrotto fino al presente, e circa, se in detta Cassa di detto Beato Giacomo vi stasse qualche vaso d'odore, ò pure altra Materia odorifera, Io posso dire con ogni verità, che non vi è nessuna di queste cose, mà si conserua solo, & intatto col suo Cappuccio, e col suo Abito di seta e col suo berrettino semplici senza odori, ne vestigio d'odore & Io lo sò perche da vndici anni à questa parte, che sono Sagrestano sempre, che si è aperta detta Cassa vi sono stato presente, e mai hò visto, che vi sia stata, ò vi sia stata posta cosa odorifera, e precise, che potesse dare il detto Odore soaue; e balsamico, che dà il Corpo del detto Beato Giacomo, e se fusse stato il contrario Io l'hauerei visto, e saputo, e tanto più questo, che Io depongo è verità, che la Cassa sudetta, doue stà il Corpo di detto Beato Giacomo si conserua serrata con quattro chiaui tutte diuerse, vna delle quali si conserua per ordine delli Eminentiss. Cardinali Arciuescoui pro tempore in potere del Signor Canonico de Luca Tesoriere di questa Chiesa Metropolitana, l'altra si conserua dal Padre Prouinciale di Santa Maria della Noua pro tempore, l'altra dal Padre Guardiano pro tempore di detto Conuento di S. Maria della Noua, e l'altra dal Padre più Vecchio di d. Conuento, & al presente è il Padre Maltese, di modo, che stando con tãta Custodia la detta Cassa, non è possibile, che vi si possa mettere odore, ò altra Cosa odorifera senza saperlo le ptenominate persone, & Io come Sagrestano, che tengo vn'altra chiaue della Cassa esteriore di legno, dentro alla quale stà la Cassa di Marmo, e Cristallo, e non hò inteso dire cosa in contrario, e se fosse stato Io l'hauerei saputo per le raggioni sudette e però credo, e giudico, che detto Odore esca dal Corpo di detto Beato senza manifattuta veruna Natutale, e questo giuditio, che fò Io, lo fanno anco li Padri di detto Conuento indifferentemente, e tutti quelli, che lo sanno, & hanno sentito detto Odore, & hò inteso dal Reuerendo Signor Don Simone de Fusco Medico Fisico, e Vecchio, che Medica in que-

§. 8. Excludit possibilitatem humani Odoris.

§. 9. Reddit Rationem quare in prædicta Vrna nullus Odor introduci potest.

§. 10. Iudicat prædictum Odorem spirare omnino ex Corpore Beati absque vllo artificio.

sta

ſta Città di Napoli, il quale è natiuo della Città della Caua di queſto Regno, e da Franceſco Stella Chirurgo in queſta Città di Napoli, che loro in occaſione d'eſſerſi aperta la detta Caſſa, ſi ſono trouati preſenti, & hanno inteſo lo medemo odore ſuaue, che non poteua eſſere odore Naturale, ma Miracoloſo, perche non era come gl'altri, e l'odore del Balſamo, & altri Aromati non durauano tanto per lo ſpatio di 224. anni, e queſto me l'hà detto nel Meſe di Aprile del preſente anno 1699., nel qual tempo ſi aprì detta Caſſa in preſenza di detti Fiſico, Chirurgo.

Super Primo Articulo Interrogatus Proc. fol. 328. à ter.

Reſpondit — E la verità, che il Corpo di detto Beato Giacomo ſi conſerua in detta ſua Cappella con veneratione, & honorificamente conforme hò detto negl'altri miei eſami, & il detto Corpo è Incorrotto, & intatto, e flеſſibile, così nella Teſta, come negl'altri ſuoi Membri, come braccia, mani, gambe, e piedi, & Io lo sò, come Sagreſtano di detta Cappella, che ſpeſſo hò maneggiato detto Corpo con le mie Mani, e l'hò viſto, & oſſeruato, & è coſa publica in detto Conuento della Noua, & anco in queſta Città di Napoli.

§. 11. Integritas, & flexibilitas totius Corporis.

XII. Teſtis Frater Hiacinthus ab Auerſa Laicus Profeſſus Ord. Min. Obſer. Sancti Franciſci ætatis ſuæ annorum 59. Proc. fol. 429. à ter.

Iuxtà 9. Interrogatorium Proc. fol. 434. à ter.

Reſpondit — Il Corpo del detto Beato Giacomo della Marca ripoſa nella detta Chieſa di S. Maria della Noua in vna Cappella grande intitolata la Cappella del Beato Giacomo, quale tiene Sacriſtia à parte, & Io come hò detto ſono Compagno di Frà Ludouico d' Auerſa Sacreſtano di detta Cappella; Il detto Corpo ſtà collocato ſopra l'Altare Maggiore di detta Cappella in vna Caſſa di Marmi, e Criſtalli, & è tenuto con ſomma veneratione, e decoro continuatamente viene vna infinità di Popolo dell'vno, e l'altro ſeſſo, e d' ogni conditione à venerarlo, ogni mattina vi ſi celebrano tanto da Sacerdoti del mio Conuento, quanto da altri Religioſi, Preti Secolari da quaranta Meſſe in circa, e perche non baſta l'Altare Maggiore di detto Beato Giacomo, ſi celebrano nell'altre Cappelle, ſeù Altari did. Cappella grandi di detto Beato Giacomo, quali Sacerdoti vengono per loro diuotione, & à venerare d. Beato e detta Sacriſtia ſtà fornita di quantità grande d' Argenti, & altre Supellettili Sacre Pretioſe, & ordinarij tanto per il Sacrificio delle Meſſe, come per altre funtioni, e feſte per decoro, e Magnificenza di detta Cappella, quale poſſo dire, che ſia vna delle più Coſpicue, e ricche Cappelle di queſta Città di Napoli, e tutte dette robbe, e ſuppellettili Sacre ſono venute, ò per Voto, ò per Elemoſine al detto Beato Giacomo, e con le medeme Elemoſine, e Voti preſentemente ſi mantiene non hauendo Entrate, ò Rendita alcuna propria detta Cappella. Il Corpo di detto Beato Giacomo per publica voce, e fama così delli Padri di detta mia Religione, e Conuento, come da altri, che l'hanno viſto, e toccato sò, che ſia intiero, & incorrotto, e flеſſibile, e per quel che Io hò viſto con li miei

Socius Sacriſtæ.

§. 12. Quolibet die Celebrantur 40. Miſſæ circiter ad eius honorem, & quia non ſufficit eius Altare celebratur in alijs.

§. 13. Integritas, & Incorruptio, & Flexibilitas Corporis.

pro-

De viſus ſed tantum quo ad Partes.

proprj Occhi più volte in diuerſe congiunture di Feſta, ò altre, che ſtaua la ſua Caſſa aperta, poſſo dire, che ſia intiero, & incorrotto, mentre hò viſto, in dette volte la Teſta Mani, e Piedi di detto Beato, che ſono intiere, & incorrotte, e ſpecialmente nella Teſta hò oſſeruato, che gl'occhi di detto Beato Giacomo, benche ſiano chiuſi non ſono totalmente ritirati, ma ſono pieni, benche vi manchi la punta del Naſo di detta Teſta; Il rimanente del detto Corpo Io non l'hò viſto ſcouerto, ma bensì ricouerto con Abito di Seta di colore della noſtra Religione, però Io ſtimo di certo, che ſia parimente intiero, & Incorrotto; Eſſendo queſto fama publica nella mia Religione per eſſerſi oſſeruato occularmente da molti Padri graui, che ſono ſtati Superiori pro tempore di detto Conuento, dalli quali Io ſentito dire, e raccontare, & è ſtata ſempre voce publica, e fama, quale ancora è in queſta Città di Napoli, & appreſſo di tutti quelli, che hanno ſentito nominare, e ſanno il detto Beato Giacomo della Fleſſibilità, che mi ſi domanda del Corpo di detto Beato Giacomo, ſe ſia intatto detto Corpo ò pure nella Teſta, Mano, e Piedi; Io poſſo dire per fama publica in d. Conuento della Noua, & appreſſo li Padri d'altri Conuenti della mia Religione, e da altre perſone, che ſi ſono ritrouate preſenti quando ſi è mutato l'Abito al d. Beato Giacomo ſia Fleſſibile nella forma, che mutandoſi l'Abito vecchio per metterſi il nouo ſi laſcia moucre la Teſta per metterſi il Cappuccio, e ſi fà alzare, & aprire le Braccia, e Mani, come anco Gambe, e Piedi ſenza ſcompaginarſi, ò rilaſciarſi, e per quel, che Io hò viſto con li miei proprij occhi poſſo dire con ogni verità, come da cinque in ſei anni in circa eſſendo venuto l'Eminentiſſimo Signor Cardinale Vrſino Arciueſcouo di Beneuento in d. Chieſa, e Cappella di d. Beato Giacomo volſe vedere il ſuo Corpo, e Caſſa aperta, conforme s'aprì in preſenza del Padre Guardiano, e d'altri Padri di d. Conuento con hauer fatto prima venire per tale effetto tutte le Chiaui di d. Caſſa, e con li detti Padri di detto mio Conuento; Mi trouai Io pure preſente, e viddi, che il Padre Guardiano in preſenza di d. Eminentiſſimo Signor Cardinale Vrſino, e che ſtaua con molta attentione, e deuotione à guardare, preſe d. Padre Guardiano di quel tempo, che fù il Padre Giuſeppe di Napoli, ò il Padre Leonardo di Napoli preſe, come diſſi con le ſue Mani la Teſta del d. Beato Giacomo della Marca alzandola vn poco, e girandola vn poco attorno, per far vedere la ſua Fleſſibilità così parimente fece alzando, & aprendo le braccia e Mani di detto Beato, riponendole poi nella medema ſituatione incrocicchiate ſopra il ſuo ſeno, e d. Eminentiſſimo Sig. Cardinale hauendo oſſeruato così patentemente la Fleſſibilità di d. Corpo diſſe queſte formali parole: Queſto baſterebbe à conuertire tutti gl'Eretici del Mondo, e tali parole Io le ſentij con le mie proprie Orecchie mentre fui preſente, come hò detto à d. funtione, e viddi, & oſſeruai tutto, però non mi ricordo ſe detto Padre Guardiano alzò le mani, e Piedi di d. Beato Giacomo le dell'Abiti, che ſi leuano da volta in volta dal detto Corpo del d. Beato Giacomo quando ſi muta in detti tem-

§. 14. Oculi non ſunt totaliter remiſſis.

Quod Integritatem totius Corporis de proprio Iudicio, & de fama publica in ſua Religione.

Quoad Flexibilitatem de fama publica.

Citato igitur coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali de Noris præfatæ Cauſæ Relatore Reuerendiſſimo Domino Proſpero Bottino Archiepiſcopo Myrenſe S. Fidei Promotore ad dicendum contra dictum Reſcriptum, & iuxtà eius formam, atquè tenorem videndum concedi facultatem, ſeù licentiam viſitandi dictum ſepulcrum, & recognoſcendi corpus dicti Beati ad infraſcriptam diem, eaque adueniente coram prędicto Eminentiſſimo Domino Cardinali de Noris Relatore comparuit Pater Sebaſtianus à Beneuento eiuſdem Ordinis, & prædictæ Cauſæ Procurator, vt in dicta citatione; dictuſque Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Relator inſtantijs huiuſmodi annuens ad effectum in conſtructione dicti Proceſſus legitimè procedendi etiam ad viſitationem dicti ſepulchri, & recognitionem, ac deſcriptionem dicti corporis licentiam conceſſit, dummodò actus huiuſmodi ſecretè fiat, adhibitis tantùm ijs perſonis cum Subpromotore Fidei, quæ vobis dictarum litterarum *Remiſſorialium* Executoribus videbuntur pro Teſtimonio ferendo de repertis neceſſariæ, vt concurſus Populi, & omnis occaſio, vel offenſionis, vel periculi euitetur, nequaquàm permittendo, quòd quæuis perſona præſumat in eodem ſepulchro ex corpore aliquid ponere, vel ſubijcere, aut ex eius auferre, vel ſubtrahere ſub pœna excommunicationis latæ *Sententiæ*, eo ipſo authoritate dictæ Sacræ Cengregationis incurrenda, ſed omninò curando, quòd omnia prout in viſitatione, & recognitione fuerint inuenta, eiſdem in ſtatu, modo, & loco reponantur, & relinquantur, prout nos quoquè de præmiſſis inſtanter requiſiti ad formam, & tenorem ſupra regiſtrati Reſcripti prędictam licentiam conceſſimus, atquè concedimus, huiuſmodiquè conceſſionem Eminentiæ, & amplitudinibus Veſtris inſinuamus, atquè notificamus, & ad notitiam deducimus, deducique volumus, & mandamus per præſentes, vt in conſtruendo dicto Proceſſu vigore dictarum litterarum Remiſſorialium, illarum forma ad vnguem ſeruata, ritè, & legitimè ad viſitationem, & recognitionem prædictam ab Executoribus dictarum litterarum procedi valeat. In quorum Teſtimonium eaſdem pręſentes manibus noſtris, & RR. PP. DD. Prothonotarij Apoſtolici ad acta dictæ Sacræ Congregationis deputati, & Secretarij reſpectiuè eiuſdem Sacræ Congregationis firmatas, noſtroquè ſigillo muni-

nitas per acta infrascripti Notarij, Cancellarij, & Archiuistæ iussimus, & fecimus expedire. Romæ ex edibus nostris die 15. mensis Aprilis 1700.

Alderanus Cardinalis Cybo.

A. Bancherius Protonotarius.

Bernardinus Inghirami Secretarius Sacræ Rituum Congregationis.

Loco sigilli impressi.

Quibus litteris Apostolicis, vt supra lectis, & auditis præfatus Eminentissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Cantelmo Archiepiscopus, & Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Episcopi Massæ Lubrensis, & Fundanus Iudices delegati, & deputati vna cum præfatis Dominis Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario deputato, & Testibus prædictis accesserunt ad dictum Altare, vbi requiescit corpus dicti Beati Iacobi de Marchia, & ascenderunt per gradus ad hunc effectum aptatos super dicto Altare, vbi est Arca marmorea perpulchrè elaborata longitudinis decem palmorum latitudinis verò trium palmorum aliquantum eleuata à dicto Altare cum cristallo ante benè clausa, quatuor clauibus diuersis, quarum vna conseruatur per præfatum Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum Cardinalem, alia per Reu. Patrem Fratrem Antonium ab Auersa Guardianum dicti Conuentus, alia per Admodum Reu. Patrem Bartholomæum à Puteolis Ministrum Prouincialem dicti Conuentus absentem, loco cuius remansit Reuerendus Pater Frater Bonauentura à Malta, qui retinet dictam clauem, & alia quarta conseruatur penès eumdem Patrem Fratrem Bonauenturam antiquiorem Patrem dicti Conuentus, & Prouinciæ, & dum ibidem essemus præfati DD. Iudices delegati mandauerunt aperiri Arcam prædictam in eorum præsentia, & incontinenti per præfatos Admodum Reuerendos Fratres Custodes, exhibitis eorum clauibus vna cum claue præfati Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis, statim aperta fuit Area prædicta in quatuor partibus ipsius à parte anteriori, & ab ea amoto cristallo inuenimus corpus dicti Beati Iacobi collocatum stratum in dicta Arca apparentes tantum eius caput, & manus repositæ ante pectus ad modum Crucis, & reliquum corpus dicti Beati, indutum veste serica coloris cinericij cum caputio; Qui Domini Iudices delegati viso dicto sacro corpore, illoque magna deuotione venerato, mandauerunt prædicto Reu. Patri Guardiano dicti Conuentus exvi corpus dicti Beati prædicta veste, ad hoc vt commodius inspicere, amouere, & obseruari posset à Peritis electis, & Testibus: Et tunc Præfatus Reuerendus Pater Frater Antonius ab Auersa Guardianus dicti Conuentus denudauit Sacrum corpus dicti Beati Iacobi dicta veste, & caputio. Quo facto magna diligentia, & deuotione præfati DD. Iudices descenderunt à dicto, & sederunt in dicto Sacello, & statim mandauerunt dd. Magnificis Peritis electis accedere vnus post alium super dicto Altare ad obseruandum diligentèr dictum Sacrum corpus ad finem formandi veram relationem, & fidem secundum eorum Peritiam, & conscientiam præuio eorum Iuramento iam præstito, &

§. 2. Descriptio Capsæ

§. 3. Descriptio Corporis Beati recognitio, & inspectio eiusdem per Peritos facta.

reiterato pro obſeruantia litterarum Sacrorum Rituum Congregationis, qui ſtatim vnus poſt alium aſcenderunt ſuper dicto Altare, & præſentibus, & aſſiſtentibus præfatis DD. Fidei Subpromotoribus, & Teſtibus, meque infraſcripto Notario deputato, viderunt Corpus d. Beati Iacobi de Marchia, illudque tetigerunt, palpauerunt, amouerunt, & extollerunt, & totas ipſius partes, à Capite vſque ad pedes. Qua obſeruatione, recognitione, ac deſcriptione per eos facta vnuſquiſque eorum fuit interrogatus à præfatis Dominis Iudicibus delegatis ſuper ſtatu dicti Sacri Corporis Beati Iacobi de Marchia, qui Magnifici Periti vnus poſt alium reſponderunt ſtante diligentiſſima obſeruatione per eos facta ſuper Corpore dicti Beati, eſſe miraculoſum ſtatum Corporis prædicti Beati propter Incorruptionem, & flexibilitatem ipſius per ſpatium duorum ſeculorum, & annorum 24. ex cauſis, & rationibus ab ipſis aſſignandis in relationibus, & fidibus ab ipſis faciendis, & coram ipſis Dominis Iudicibus præſentandis ſecundum eorum Peritiam, & conſcientiam: & tunc præfati Domini Iudices Delegati auditis prædictis Magnificis Peritis, iterum aſcenderunt ſuper dicto Altare ad obſeruandum Sacrum Corpus prædicti Beati Iacobi præſentibus, & aſſiſtentibus prædictis DD. Fidei Subpromotoribus, & Teſtibus, meque Notario deputato, qui omnes viſo, reuiſo, tacto, & palpato dicto Corpore, viderunt, & inuenerunt dictum Sacrum Corpus Beati Iacobi eſſe integrum, & incorruptum excepto Naſi apice, & in latere ſiniſtro dicti Corporis deficere vnam coſtam, illamque, vt dictus Pater Guardianus dicti Conuentus dixit, eſſe collocatam in Statua Argentea, eiuſdem Beati, quæ conſeruatur in Cappella Theſauri Diui Ianuari conſtructa in Carhedrali Eccleſia Neapolitana, viderunt quoque, & inuenerunt omnes partes dicti Corporis Beati Iacobi ſuam naturalem continere vnionem excepto in dextero pede, in quo obſeruatur deficere os Nauiculare, & in Articulo ſiniſtri humeri eſſe aliquantum dimotum articulum à ſuo loco, & Ventrem apertum abſque viſceribus, & Inteſtinis, & toracem minimè apertum eſſe, & cauitates ipſius albo Cotone repletas; Pariter viderunt, & obſeruauerunt Caput, Collum, & Brachia dicti Beati Corporis eſſe flexibiles, ſicuti etiam manus, digitos flexibiles, & vngues habere plantatas, & Caput prædictum integrum ſine vlla apertura eſſe, oculoſque clauſos cum ſuis Palpebris, & dictum Caput retinere ſuas Auriculas integras, ſed aridas, & totum hoc obſeruatum, & viſum fuit, & irà teſtati ſunt præfati Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Cantelmus Archiepiſcopus, & Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, & fundanus Iudices delegati, & DD. Fidei Subpromotores, & Teſtes, proùt ego etiam Notarius deputatus pariter fateor, & atteſtor, quia omnia prædicta vidi, audiui tetigi, obſeruaui, palpaui, & deſcripſi; Inſuper præfari Illuſtriſs., & Reuerendiſs. Domini Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, & fundi, & etiam prædicti Illuſtriſs., & Reuerendiſs. Dominus Ioannes Andreas Siliquinus Generalis Vicarius Neapolitanus Admodum Illuſtres, & Reuerendi Pater Don Ioannes Marciano, Don Aloyſius Capicius Galeota Teſtes, vt ſupra deputati

§. 4. Iudicium Peritorũ in actu recognitionis atteſtantium ſtatũ prædicti Corporis eſſe miraculoſum.

§. 5. Inſpectio, tactus, & palpatio Corporis facta à DD. Iudicibus eiuſque deſcriptio, & Iudicium ſuper flexibilitate.

§. 6. Atteſtatio DD. Iudicum, & Peritorũ circa odorem manatum ex d. Corpore.

tati ad interreſſendum dictæ obſeruationi, & aliqui etiam de præfatis Excellentiſs. Dominis Magnatibus, qui interuenerunt pro Teſtibus rogatis vna cum præfatis D. Subpromotoribus Fidei, & Peritis dixerunt ſenſu percepiſſe odorem aliquem ſuauiſſimum, quod etiam à Me Notario Deputato obſeruatum fuit tempore recognitionis, & obſeruationis Corporis prædicti B. Iacobi, qua viſitatione, & obſeruatione modo, quo ſupra peracta præfati Domini Iudices delegati oſculato prius magna deuotione d. Sacro Corpore, mandauerunt d. Reuerendo Patri Guardiano d. Conuentus iterum indui dictum Sacrum Corpus eius veſte, Caputio modo quo ſuprà priùs erat indutum, & ſtatim d. Reuerendus Pater Guardianus proprijs manibus coram præfatis Eminentiſſimo D. Cardinali, & dd. alijs D. Iudicibus delegatis, Fidei Subpromotoribus, Teſtibus, meque infraſcripto Notario, & Actuario deputato induit dictum Sacrum Corpus ſupradicta veſte ſerica coloris Cinericei, & Caputio, deindè clauſa dicta Arca à præfato Reuerendo Patre Guardiano, & alijs prædictis Cuſtodibus dicti Corporis dictis quatuor clauibus vna cum claue præfati Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Cantelmi, præfati D. Iudices deſcenderunt à d. Altare, & acceſſerunt ad Sacriſtiam d. Sacelli, vbi Reuerendus Pater Frater Ludouicus ab Auerſa Sacriſta d. Sacelli oſtendit eis aliquas Sacras Reliquias eiuſdem B. Iacobi de Marchia, quæ conſeruantur in quadam Arca in Sacriſtia prædicta, nempè baculum d. Beati, Corda linea, Biretum, & Calix, & nonnullæ petiolæ lineæ, ſeù fragmenta linea intincta Sanguine eiuſdem Beati, quæ omnia magna veneratione conſeruantur, ſicuti etiam aliqui libri manuſcripti, & aliæ ſcripturæ, & memoriæ d. B. Iacobi conſeruantur in d. Sacriſtia, & demùm obſeruauerunt totum d. Sacellum cum eius Cappellis, & picturis, nec non omnia paramenta, & Sacra Suppellectila prætioſa, vota argentea, & Tabellas Votiuas appenſas ad parietes d. Sacelli, Candelabra, Flores, Vaſa, & Lampades Argenteas, Cruces, Calices, & Candelabra argentea, & alia prætioſa Supellectilia, quorum Maior pars fuit effectui poſt Beatificationem d. Beati Iacobi, vti dicti Patres, dixerunt, & demùm præfatus Eminentiſſimus, & Reuerendiſs. D. Cardinalis, & Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Epiſcopi Iudices Delegati coram præfatis D. Fidei Subpromotoribus Teſtibus prædictis, meque infraſcripto Notario obſeruauerunt in ſuperficie d. Sacelli depictam à Celeberrimo Pictore Equite Maximo memoriam flammarum erumpentium à Monte Veſſuuio in anno 1631. in qua apparet Corpus d. B. Iacobi de Marchia collocatum in Arca ſub Pallio proceſſionaliter ductum ad proſpectum d. Montis cum Turba Magna Populi comitantis dictum Sacrum Corpus in forma pœnitentium cum interuentu poſt dictum Pallium Eminentiſs. D. Archiepiſcopi Neapolitani, & Excellentiſs. Proregis, & aliorum Magnatum huius Ciuitatis, & ob tarditatem horæ non fuerunt deſcriptæ in hoc inſtrumento aliæ memoriæ depictæ in dicto Sacello, quapropter præfati Domini Iudices Delegati mandauerunt mihi Notario Deputato deſcribi totum d. Sacellum in alio Inſtrumento ſecundum interiorem, & exteriorem illius formam cum omnibus memorijs in eo depictis vna cum omni-

§. 7. Actus induendi Corpus factus coram DD. Iudicibus.

§. 8. Reſeruatio Arcæ.

§. 9. Deſcriptio aliarũ Reliquiarũ Beati.

§. 10. Deſcriptio, & inſpectio totius Sacelli.

bus ornamentis, & paramentis pretiosis ipsius, & sic terminauerunt dictam visitationem &c.

Num. 4. *Depositiones DD. Testiũ, qui fuerunt adhibiti in recognitione, & descriptione Corporis Iudicialitèr facta Vicario Generalis Emin. D. Archiepiscopi.*

XXXX. *Testis adhibitus in Visitatione Sepulchri Reu. D. Ioannes Andreas Siliquinus Vicarius Generalis Neapolitanus Proc. fol. 1055. ater.*

Interrogatus super repertis in Sepulchro dicti Beati Iacobi de Marchia Ord. Min. Obser. Sancti Francisci tempore visitationis factæ per præfatos Dominos Iudices Delegatos, & Fidei Subpromotorem, & alijs Testibus in Sacello prædicti Beati recognoscendo dictum Sepulchrum, & Corpus eiusdem Beati cum omnibus eius circumstantijs, & quatenùs &c. Proceff. fol. 1056. ter.

Respondit.

Essendosi conferito l'Eminenza sua Sig. Cardinal Cantelmo Arciuescouo di Napoli, e lor Sig. Illustr., e Reuerendiss. Monsig. Vescoui di Massa Lubrense, e di Fundo Giudici Delegati Apostolici dalla Congregatione de Sacri Riti sopra la Canonizatione del Beato Giacomo della Marca de Minori Osser. di San Francesco vna giornata di Mercordì li due del presente Mese di Giugno à circa le 21. hora nella Venerabile Chiesa di Santa Maria della Noua de Padri Minori Osseruanti di San Francesco per visitare il Sepolchro, e Corpo di detto Beato, che si conserua nella Cappella del medemo Beato sita in detta Chiesa di Santa Maria della Noua, doue Io interuenni per vno de Testimonij chiamato, e giurato ad osseruare, e vedere detto Corpo, doue Io stando, viddi aprire la Cassa, doue si conserua il Corpo di detto Beato Giacomo della Marca, che stà sopra l'Altare Maggiore di detta Cappella, che è vna Cassa di Marmi con Cristalli auanti, quale fù aperta con più Chiaui vna delle quali si conserua da Vostra Eminenza, e tre altre tutte diuerse si conseruano dalli Padri Custodi di detto Corpo della medema Religione. Quale Cassa essendosi aperta, e vistosi il Corpo di detto Corpo, quale staua in detta Cassa vestito con vn habito di Seta di colore Cenericcio, quale Abito per Ordine di Vostra Eminenza, e di lor Signori Illustr., fù scouto dal Padre Guardiano del detto Conuento, à fine che si potesse meglio osseruare da Periti, e Testimonij; Viddi il Corpo di detto Beato Giacomo distesso dentro detta Arca di Marmo, quale era tutto intiero, eccettuatane vna costa, che alcuni Padri di detto Conuento dissero esserli stata leuata molti anni sono per riporla nella Statua d'Argento di detto Beato, che si conserua nella Cappella del Tesoro di questa Catedrale trà gl'altri Santi Protettori di questa Città, e viddi, che era tutto Incorrotto, come anco viddi, che essendosi fatto l'esperienza, la Testa di detto Beato era Flessibile, e si piegaua da tutte le parti, come se fusse stato viuente, e l'istessa Flessibilità con l'istessa esperienza fattane, viddi nelle Braccia mani, e gambe, anzi Io medesimo toccai con le mie mani le sudette parti, & osseruai anco, che la carnagione era morbida, come anco osseruai l'istessa morbidezza nel ventre di detto Beato, benche mancano le viscere, & intestini, quali cauità erano piene di bombace, e viddi anche che detta bombace, che era nel luogo delle Viscere era bianca, &

§. 1. *Descriptio Corporis d. Beati Incorruptio, & flexibilitas.*

de visu, & contactu.

asciut-

aſciutta ne daua alcun'odore, oſſeruai ancora, che mancaua nel Corpo di detto Beato l'Oſſo Nauicolare del Piede deſtro, e la punta del Naſo, però tutto il detto Corpo era tutto contiguo, nè ſcompaginato in parte alcuna, tolto, che vn'oſſo del braccio, che vniſce con la Spalla ſiniſtra, era vn poco slogato però teneua la ſua collegatione, e nel tempo, che faceua detta oſſeruatione in detto Corpo, ſentij, che ne ſcaturiua vn' odore ſuauiſſimo, dal detto Corpo, come anco fù ſentito il medeſimo odore da altri, che ſtauano iui preſente, cioè da' lor Signori Giudici Periti, e Teſtimonij, come ogn'vno di loro diſſe con commune ammiratione, doppo della quale oſſeruatione viddi chiudere la detr'Arca eſſendoſi di nuouo ripoſte le veſti Cinericee al detto Corpo dal Padre Guardiano di detto Conuento, e fù ripoſto il Criſtallo auanti dett'Arca, e poi quella ſerrata con la chiaue, che ſi conſerua da Voſtra Eminenza, e trè altre chiaui, che ſi conſeruano dalli detti Padri Cuſtodi di detto Corpo, e queſto è vero, e lo depongo in mia Coſcienza con giuramento.

Io Gionanni Andrea Siliquino Vicario Generale dell' Emin. Sig. Card. Cantelmo Arciueſcouo hò depoſto quanto di ſopra mano propria.

XXXXI. *Teſtis adhibitus vt ſuprà Admodum Reu. Pater Don Ioannes Marciano Congregationis Oratorij atatis ſuæ annorum 60. Proc. fol.* 1061.

Interrogatus ſuper repertis in Sepulchro dicti Beati Iacobi tempore viſitationis factæ cum eius Interuentu per præfatos Dominos Iudices in Sacello dicti Beati recognoſcendo Corpus eiuſdem Beati etiam ſuis circumſtantijs, & quatenùs.

Reſpondit.

Eſſendomi trouato preſente per ordine di Voſtra Eminenza Sig. Cardinal Cantelmo Arciueſcouo di Napoli, e di lor Sig. Illuſtr. Sig. Veſcoui di Maſſa Lubrenſe, e di Fondi Giudici Delegati Apoſtolici nella Cauſa della Canonizatione del Beato Giacomo della Marca dell'Ordine de' Minori Oſſeruanti di San Franceſco, e per la viſita, e recognitione del Corpo di detto Beato nella ſua Cappella ſita nella Chieſa di Santa Maria della Noua di queſta Città ſotto il dì Mercordì 2. del preſente Meſe di Giugno del corrente Anno 1700., & eſſendo ſtata aperta la Caſſa di Marmo, doue ſi conſerua il Corpo di detto Beato Giacomo viddi, che il Corpo di detto Beato era veſtito con Abito di ſeta di colore Bigio, il quale fù ſcuſcito, & aperto dal Padre Guardiano del detto Conuento per ordine di Voſtra Eminenza, e di lor Sig. Illuſt. Veſcoui Giudici Delegati, che iui aſſiſteuano, acciò meglio li Periti poteſſero oſſeruarlo, alla qual recognitione Io mi trouai preſente nel principio, ſino al fine, & ancora Io oſſeruai eſſere il detto Sacro Corpo tutto intiero: e ſolo mancarui vna particella della Coſta nel lato ſiniſtro, quale fù preſa anni ſono per riponerla nella ſtatua d'Argento di detto Beato, che ſi conſerua nella Cappella del Teſoro del Glorioſo San Gennaro Principale Protettore di queſta Città ſita nella Catedrale di Napoli, così ancora l'eſtrema parte del Naſo, & alcune parti del Piede deſtro, le quali ſi ſuppo-

De viſu.

ne

no esserne state prese per diuotione, e Reliquia.

Similmente osseruai non esserui l'Interiora del medemo Corpo in vece delle quali erano quelle parti ripiene di Bombace parte della quale, che era vicino al lato della Costa mancante, pareua insuppata di qualche liquore, che non si possesi sapere, che cosa era, e la bambace di sotto era asciutta, e candida, si come era ancora asciutta qnella poca bambace, che era colorata. Erano di più tutte le parti del Sacro Corpo di detto Beato insieme connesse, e solamente la giuntura del Braccio sinistro, doue s'vniua con l'Omero era alquanto slogata forse per caggione, che da quel lato fù tolta l'accennata parte della Costa.

Viddi di più esser tutt'il Corpo ricoperto della sua propria pelle, alquanto annerita nel Capo, s'osseruorno anco da me l'orecchie intiere, mà diseccate, e similmente le palpebre chiuse, sotto le quali si scorgeua esserui il frutto dell'occhio, e cedeuano al tocco del mio deto.

§. 2. Integritas, & flexibilitas Corporis.

Di più osseruai, che il detto Capo era tutto intiero, e sano, senza apertura alcuna, frà le Coste osseruai, e toccai li nerui con qualche parte di Carne diseccata, & à me parue, che in qnella parte fusse la Carne, e li Nerui fossero più morbidi, & arrendeuoli. Nel Braccio sinistro essendosi trouato aperta la pelle in vna parte, viddi, e toccai li Nerui del detto Braccio intieri, mà diseccati, che sembrauano come corde nella mano del medemo braccio, come anco nell'altra si conseruano anco intiere l'vgnie, e solo il deto grosso di vna delle dette mani stà alquanto slogato. Sotto il petto viddi l'apertura fatta per ricauarne le Viscere, la quale poi fù ricusita, nè per quanto tocca al mio corto giuditio fù fatta detta apertura per imbalsamare il detto Corpo del Beato, mà solo per ricauarne, come hò detto l'Interiora, non essendosi da'Periti, e dagl'altri assistenti riconosciuto vestiggio alcuno di Balsamo, ò altra cosa preseruatiua da corruttione. Per quanto tocca poi alla testa di d. Beato, è indificultabile, che non sia stata imbalsamata, perche conforme hò detto di sopra, è totalmente intiera. Le Gambe, e le Cosce erano similmente ricoperte di pelle intiere, & incorrotte, che cedeuano al tocco del mio deto, mà à me parue, che maggior morbidezza conseruassero quelle parti intermedie delle Coste, sì che toltone le parti mancanti già accennate, osseruai tutto il detto Corpo intiero, & incorrotto. Fù anco da me osseruato la flessibilità delle membra di detto Beato Giacomo, e particolarmente quella del Collo, che s'inchinaua, e voltaua come i Periti voleuano, anco le braccia erano flessibili particolarmente il sinistro con tutto che fusse slogato alquanto doue attacca con l'Omero, pure nel Gomito era flessibile, anco le gambe erano flessibili, conforme Io viddi, & osseruai. Nel

§. 3. Odor suauissimus in actu recognitionis Corporis.

punto, che si faceua questa osseruatione da'Periti parue à me di sentire vn certo odore, e lo dissi all'altri, che erano presenti doppo qualche spatio fù sentito anco dagl'altri, secondo dissero, il che mi parne più stranagante, perche hauendo Io odorato la bambace, che se cauò in mia presenza così dal petto come dalla Costa, non haueua odore alcuno, e questo è quanto

Io

Io hò visto, & osseruato, e lo depongo per la verità con giuramento in mia coscienza.

Io Giouanni Marciauo della Congregatione dell' Oratorio hò deposto con Giuramento, vt supra.

XLII. Testis adhibitus vt supra Illustrissimus D. Don Aloysius Capicius Galeotta Canonicus Neapolitanus etatis suæ annorum 34. Proc. fol. 1067.

Interrogatus super repertis in Sepulcro Beati Iacobi de Marchia tempore visitationis facta per ipsos Dominos Iudices Delegatos, & recognitionis, ac descriptionis Corporis eiusdem Beati Iacobi, & quatenùs.

Respondit,

Essendomi Io conferito sotto la giornata di Mercordì due del corrente mese di Giugno del presente anno 1700. nella Venerabil Chiesa di Santa Maria della Noua de' Padri Minori Osseruanti di San Francesco vnitamente con Vostra Eminenza Sig. Cardinal Cantelmo, e loro Signori Illustriss. Vescoui di Massa Lubrense, e di Fondo Giùdici Delegati dalla Sacra Congregatione de' Riti per visitare il Corpo del B. Giacomo della Marca, e riconoscerlo, viddi aprire la Cassa, nella quale si conserua il Corpo di detto Beato esistente sopra l'Altar Maggiore della Capella del medemo con più chiaui, & ocularmente, e con somma attentione riconobbi, & osseruai doppo essersi scuscito l'Abito di seta di color bigio, che copriua detto Corpo, che il medemo Corpo era intiero, & incorrotto, ne li mancaua parte alcuna, eccetto la parte inferiore verso la pianta del piede destro, e l'Interiora, e certa parte del Costaro sinistro, quale secondo hò inteso fù tolta, e si ritrona riposta nella statua d'argento di detto Beato esistente dentro la Capella del Tesoro di San Gennaro nella Caredrale di Napoli frà le statue de' Protettori della medema Città, come anco osseruai, che vi mancaua la punta del naso.

Di più osseruai attentamente, che nel Braccio sinistro mancandoui vn poco di pelle, li nerui stauano tesi, & intieri, & al tatto della mano cedeuano, benche pochissimo.

Di più li Nerui, e le Fibre, che chiamano li Periti, li quali in presenza mia riconoscenano il detto Corpo Fibre Intercostali erano atrendenoli; e cedeuano al tatto della mano, del che Io con le mie mani feci l'esperienza. Tutto il Corpo di detto Beato era ricoperto della pelle, seù Cute, & in particolare la Testa, dico tutto il Corpo, cioè quella parte del medesimo, che fù osseruata, cioè la parte interiore, e laterale, mentre le parti humerali, & inferiori non furono da me vedute, se bene la parte humerale superiore fù toccata da me, e dal tatto fù facile riconoscere, che vi era la pelle, specialmente la Testa era intiera, e senza incisione, ò decorticatura aleuna, e l'orecchie stanano diseccate, mà intiere, come anche le palpebri, le quali stauano chiuse, e dal vedersi le medesime palpebri turgide, e piene, conobbi, che vi erano sotto li frutti degl'occhi, la Bocca stana chinsa, si che non potei osseruare li Denti, ò altra parte interiore della medema Bocca; Il Braccio sinistro in quella par-

§. 4.
Mollities, & tractabilitas partium Corporis, earumq; descriptio, & flexibilitas.

parte, per la quale si congiunge con l'Vmero staua alquanto disgiunto, e smosso, il che, secondo intesi, & anche Io nell'attuale recognitione ne formai giuditio, fù cagionato dall' essere stata tolta la parte del Costato sinistro con poca esattezza, e delicatezza, anco il ginocchio destro staua alquanto smosso, e si conosceua qualche slocatura nell' Osso, del resto tutto il Corpo di detto Beato staua secondo le sue parti connesso, e continuo, & in particolare nelle Mani si osseruauano l'Vnghie in tutte le dita, e daua merauiglia il vedere questa congiuntione, e lo sperimentare con il mio tatto la rendeuolezza nella parte, nella quale l'Vnghie si vniscono con il rimanente delle deta. Il che secondo diceuano li Periti vnitamente con li quali Io osseruauo dette cose, proueniua dall' integrità; incorruttione, & arrendeuolezza delli nerui. Nella parte anteriore sotto il petto osseruai ocularmente, e col tatto vna longa incisione, e le due estremità della pelle incisa erano vnite con vna longa cuscitura. E perche, come hò detto di sopra vi mancauano tutte le viscere, feci giuditio, che detta Incisione non fù fatta per imbalsamare, mà solamente per canar fuori molti sfilacci, quali certamente non erano di carne, mà si accostauano alla qualità di bambace, come di bambace era pieno la cauità rimasta, e cagiouata dall' estrattione delle viscere, quali sfilacci è bambace hauendomele accostate al mio naso non diedero odore alcuno, conforme ne anche daua alcuno odore la bambace, che in qualche notabile quantità, viddi estrarne dalla cauità del Costato sinistro, la quale viddi riponere, e parre di detta Bambace estratta dalla detta cauità del Costato sinistro era bianca, e parte haueua vn colore, che tiraua al rossaccio mortificato, & oscuro. Si che non potei formare giuditio, se detto colore fosse peruenuto da liquore, ò da altra causa, staua però tutta la bambace asciuttissima senza dar' odore alcuno. Osseruai ocularmente la flessibilità del Corpo di detto Beato, come anco con il tatto, e specialmente la piegheuolezza del collo, mentre non solo si inclinaua verso il petto, mà anco nei lati; dal che fù facile al Padre Guardiano di detto Conuento leuare, e mettere il Cappuccio. Nelle Braccia, e nelle Gambe osseruai l'istessa flessibilrà' però maggiore nelle Braccia, e conforme anche hò detto disopra nell' vna, e nell'altra parte al tarro cedeua la pelle, e cedeuano li nerui. Nella ricognitione sudetta turti gl' Astanti sentiuano vna fragranza secondo diceuano, & à me parue, che anco la sentiuo, mà poco sensibile, fatta poi d. osseruatione viddi chiudere con più chiaui la d. Cassa del Sacro Deposito, vna delle quali restò appresso di Vostr'Eminenza Sig. Card. Cautelmo, e questo Io l'hò deposto, e depongo in mia coscienza.

I dette viscere, in luogo delle quali viddi, che furono cauati sfubi

§. 5. Fragrantia odoris in actu recognitionis.

Io Cimiliarco Don Luigi Capece Galeota hò deposto, vt supra.

Num. 5. *Relationes Peritorum, qui fuerunt præsentes in visitatione,*

Die Mercurij 4. Nonas Iunij 1700. Neapoli Iurato mihi de veritate dicenda in Cathedrali Ecclesia, & propè in Cappella Palatij Archiepiscopalis coràm Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinale Canrelmo Archiepiscopo Neapolitano Vigilantissimo, & Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Episcopis

copis Maſſæ Lubrenſis, & Fundano munus iniunctum fuit à præfatis DD. Iudicibus, vt ad celeberrimum Deiparæ Gratiarum Templum, quod Sancta Maria Nouanenſis dicitur, confeſtim me contuliſſem, & ſignanter ad Beati Iacobi Sacellum in eadem Eccleſia ſummis ornatibus inſignitèr decoratum, vt Venerabile Corpus illic fragranti fidelium deuotione expoſitum omni qua decet ſolertia attentiùs expendiſſem, atque de eiuſdem ſtatu naturali, vel miraculoſo, candidè mea ſenſa expreſſiſſem, hoc quadruplici claue clauſum Marmoreo lapide circumſeptum adinueni, mox recluſam arcam illico ſuis tegumentis exutum mihi contemplàudum occurrit, de qua re me plenam ampliſſimamque fidem facturum polliceor. Quamobrem primo Teſtor vniuerſum Beati Iacobi Marchienſis Venerabile Corpus, cùm intrinſecus, tùm extrinſecus ab omni prorſus corruptione integerrimum perpendiſſe, & ſi nonnullæ eiuſdem Corporis partes os crimicum, dexteri pedis Nauiculare ſupra ſiniſtri lateris coſta, cæteraque imiuentris viſcera defeciſſent, quæ quidem omnia ex accurata partium obſeruatione ereptas fuiſſe mihi conſtitit, quod ſanè naturaliter euenire ducentis viginti tribus poſt annis minimè poterat, quià ſtatim, ac corpora à naturali vita recedunt quamquàm inhumata ſint non modo abientis, extraneique caloris vi, ac fermentationis ope putrefieri, corrumpique ſenſim videntur, verum etiàm nec partium quidem carnoſarum veſtigium intueri poſſe comperimus, ſtraut in nudum, & exuccum ſceleton conuertantur. Qua propter cum præfatum Venerabile Corpus non ſolum incorruptum, & ab omni putredinis labe randiù ſeruatum, ſed & vndique incomparabili, & cæleſti, vt ità dicam odore fragrans, qui eo ſenſim creuiſſe viſus eſt, vt eum aſſidentes omnes vnanimiter admirarentur deprænderim iuremerito id non niſi vi ſupra naturales vires agente, ac prorſus præter naturæ ordinem fieri potuiſſe exiſtimaui. Caput inſuper incolume, nullamque ex parte peruium, atrentè cum explorauerim, non ſine Miraculo ob Cerebri incorruptionem contingere potuiſſe cenſui. Cæterum, quod ad flexibilitatem attinet, eamdem numero admiratione captus fateor illam in nonnullis Beati Corporis partibus, vt in Collo, Brachiorum articulis, & in ſiniſtro genu adeo ſenſibilem obſeruatam fuiſſe, vt nihil ſupra, & hoc ni fallor non ſolùm roridæ cuiuſdam ſubſtantiæ tamdiù reconditæ in articulorum intercapedinibus opè courigiſſe, ſed etiam tendinoſarum, muſculoſarumque partium ſuis neruoſis principijs reſpondentium, vi ſupernaturaliter euenisſe non abs re firmiter putaui; Quæcumque enim corpora paulo poſt obitum rigida nimis fieri neceſſum eſt, imò non ſecùs, ac ſigna ſub ſole areſcunt eòque magis, quo Balſamis fuerint imbuta, quid præterea de aliquali cutis mollitie dicturus, ſimiliter cum hæc propria, quam pollebat tractabilitate tactui reſpondentem, mirabili loqui videbatur, quæ quidem mollities, vtpotè quæ ab vnctuoſa quadam carnium ſubſtantia partibus ijſdem, hærente inuiuentibus fiat, non ſine noſtra admiratione, hoc quoque in corpore prorſus, Thaumaturgo obſeruare potui; Hæc ſunt, quæ fidem meam ſolemni Iure Iurando obſtrictam ſoluam, ſincerè, candidè, & abſque vllo

& recognitione Corporis Beati, Primus Peritus. Nempe D. Ioannes Seuerinus proceſſ. fol. 1027.

§. 1.
Incorruptio, & Integritas, & Iudiciũ circa flexibilitatẽ.

§. 2.
Mollities cum vnctuoſa Carnis ſubſtantia obſeruata.

mendacij fuco apud omnes, & singulos præsentes inspecturos testor, atque confiteor, quæ quidem, & si mirifica, & humanæ mentis captum superare videatur non mirabitur tamen is, cui olim mirabilis sit Deus in Sanctis suis apprimè perspectum fuerit, præsentes igitur propria manu dedi, proprioque sigillo munidi. Neapoli 9. Iunij 1700.

Ego Doctor Phisicus Iosephus Seuerinus Regius generalis Protomedicus, & Excellentissimi Ducis Medinæ Cæli à Cubiculo Medicus, & Celeberrimorum Sanctissimæ Annunciatæ, & Incurabilium Zenodochiorum primarius Testor, & fidem facio, vt supra.

Loco Sigilli Impressi.

Secundus Peritus.

Proc. fol. 1029. ter. Dominicus Boninco.atrus Medicinæ Professor.

Testor Iuramque fidem facio Ego subscriptus Medicinæ Doctor in hac Neapolis vniuersitate supremæ Cathedræ eiusdem facultatis Professor Comes Palatinus me iussu Eminentissimi Cardinalis Cantelmi vigilantissimi Archiepiscopi ad obseruandum, explorandumque Beati Iacobi à Marchia Corpus perrexisse, vt si quod naturæ vires transcendens, & eo contexero cognouerim fideliter referam, scribamque tanti Principis idcirco, vt par est mandatis obtemperans, præstito prius in eiusdem Eminentissimi manibus strictissimo Iuramento de veritate dicenda, secretoque seruando cum alijs duobus Phisicis, tribusque Chirurghis, ad id quoque specialiter deputatis, ad Cænobium Sanctæ Mariæ Nouæ nuncupatum die 2. Iunij huius anni 1700. me contuli, in quo quidem Cænobio eiusdem Beati Iacobi Corpus requiescit. Quò cum peruenissem Eminentiss. Dominus cum duobus Illustriss. Episcopis, suoque Domino Vicario, & aliquot Cathedralis Ecclesiæ Reuerendissimis Canonicis, sexquè Secularibus magnatibus. In actus Testimonium rogatis coram illis ad Beati Corpus, accessimus, quod marmorea Arca inclusum inuenimus, quæ vndique marmore obsita vno solum latere hiabat, quod Cristallo quatuor clauibus clausum tegebatur. Reserata Cristallo penitusque auulsa facta fuit nobis copia videndi, palpandique Beati Corpus hoc autem procera videbatur statura, supinumque super statulum intra Arcam iacebat, manibus Crucis in modum supra pectus, in quorum digitis prætiosi aliquot Anuli fulgebant, pectusque aliæ quoque gemmæ (credentium Vota) ornabant. Tunicam induit sericeam sui Ordinis colore perfusam, eademque ex tela supra caput, & collum habet Caputeum, pedes verò lineo pluribus circumuolutionibus obuolutos, atque contestos inuenimus; Vt ergo Corporis, singularumque Partium statum diligenter, minutique contemplaremus, abiectis exterioribus cunctis Tunica nempè, Caputio, & lineo linteo denudatum est Corpus, huius autem status nostris oculis, nostrisque manibus talis se obtulit; Incorruptum iacebat, nulliusque præsentis, vel præteritæ putredinis signa ostendebat, nullus odor, neque iucundus, neque molestus ab Arca, & Sacro Corpore erumpebat omnes partes suis proprijs in locis repositæ naturalem continuitatem habebant, ossium omnium deatticulatio cum suis ligamentis, tendini-

§. 3.

Iudicium super incorruptione.

dinibus, & Muſculis, naturalem compoſitionem ſeruabat, excepto ſiniſtri Humeri articulo, qui ob laceratum ligamentum parum à ſuo loco decederat, ſed nihilominus continuitatem ſeruabat colli vertebriæ flexibiles viſæ ſunt, indeque caput, & collum ſinè diſcrimine attolli, & flecti poterat. Caput, omneſque faciei partes non ſolum ſummam integritatem ſeruabant, ſciſſuram nullam, nullamque ſectionem habentes, ſed cutis, in qua veluti recentèr tonſi peli nituntur terſa, & politis ſanè extenſa tegebat. Oculi in ſuis cauitatibus poſiti continentium palpebrarum, tegmento abſconditur Os clauſum, labia integra, naſus intactus, præterquam in apice vbiuix parumque eroſus aures obductæ non aliter ac in viuo faciei, capitiſque ſtructuram integrabant: Cerebrum non fuiſſe ademptum, ſed in ſuo loco ſeruari cranij, pericranijque perfecta integritas manifeſtò oſtendit.

§. 4. Deſcriptio capitis in cuius cuti fuerunt viſi obſeruati pili veluti recenter tonſi.

Poſt Capitis obſeruationem ad Toracem tranſiuimus integer viſus eſt propria cuti contectus, ſuiſque cutuis coſtis conſtitutus, in quarum inter Capedines, intercoſtales Muſculi degeminati, dum tangebantur, & leuiter comprimebantur, Tactui non renitebantur, ſed mollitiem non diſſimilem illi, quæ in animali mortuo, & infregidato retinebant Inſiniſtro tamen latere, parum ſupra coſtas confoſſus vnaque ex coſtis cultro auulſa, quæ dicitur in argentea ſtarua tunc incluſa, quando vt moris eſt pro huius Ciuitatis Patrono, Tutelarique fuit ſuſceptus; Thoracem ſine viſceribus inuenimus, albo, mundoque goſſipio, ſiuè cotone repletum goſipium extraimus, totumque Thoracem manibus intus luſtrauimus, ſed præter illud nihil in ipſo inuenimus; verum in hac extractione illud notabile fuiſſe nimirum totum goſſipium album, ſiccum, omnique prorſus odore ſpoliatum, porſione illa excepta, quæ Carne auulſæ Coſtæ ſubſternebatur; In qua rubrum, neſcio dixerim Sanguineum Colorem vidimus, ſed pars hæc quoque prorſus ſine odore toto hoc tempore, nec nobis, nec alicui ex aſſiſtentibus odor vllus ſe obtulit, brachia cum humeris naturalem inſertionem, connexionemque obtinent excepto ſiniſtro, ex quo (vt in principio retuli) Humeri articulus à ſua ſede parum motus eſt. Intactos habent Muſculos, Muſculoſamque Carnem, integra cuti contectos, manus, & digiti naturalem ſtructuram, & compoſitionem habent; Quarum digiti vnguibus ita validis firmantur, vt viuere videantur: Digiti nulla cum renitentia flectuntur, & extenduntur, ſed facilius in ſiniſtra, quam in dextera manu, in qua Pollicis articulus à ſua ſede excidit. Brachia quoque ad aliquam loci diſtantiam attolluntur, & deprimuntur, flectuntur, & extenduntur.

Demum imum ventrem obſeruauimus, ab hoc inteſtina, & viſcera exempta apparent à Pubis, namque oſſe ad mutro natam vſque Cartillaginem diſſectus conſpicitur, ſed non aliter, ac thorax mundo ſicco, odore alboque goſſipio repletus, cauitati, atque goſſipio naribus applicatis nullus odor perceptus. Crura perfectam organizationem, perfectamque retinent continuitatem, ſed in dextero pede os naniculare, deficit abſciſſum, vt ſuſpicor tremera, tibiæ, & pedes duriſſima, atque ſicciſſima,

reguntur pelle, Musculosaque caro pelli subiecta non solum in his, sed vniuerso in Corpore plusquam succissima, & exucca existit, & nihilominus comprimenti digito aliquantisper cedit, mollisque sentitur, hoc in ambobus fæmoribus euidens, sed in sinistro magis perspicuum. Denique totum Corpus siccissimum, & exuccum. Color autem fusus ex albo, & nigro compositus, nigrities tamen prævalet, & hic est Beati Corporis status.

S. 5.

Attestatio super odore emanante ex d. Corpore.

Non tamen tacendum, quod obseruationis tempore accidere visum est, cum non ego tantum non solum Medici obseruatores, sed omnes ad actum rogati sunt Testes. Est autem hoc aperta reseratæque Arcæ nullus odor perceptus prorsus est motu, manibusque tractato Corpore sensus odoris nullus ab extracto gossipio nullus manet odor, Medicorum manus, quæ mouerunt, tetigeruntque Sacrum Corpus, eiusque cauitates lustrarunt tribus circiter horis odorem habuerunt nullum, sed propè obseruationis, actusque finem per totam Cappellam, suauissimus odor spargitur, qui nullum ex nostratibus odoribus imitatur, sed Cælestem sapit suauitatem. Excitus ego ab suauissimo effluuio, internoque quodam gaudio afflatus non consilio, sed casu, manus, naribus admoueo, & stupens eumdem redolere odorem, competio eas statim offero duobus Illustrissimis Episcopis, qui propè me stabant, & odorem percipiunt, letequè Dominum benedicunt Beatumque laudant, sed hic stupor non desinit à templo egressus, meamque ingressus Domum exclamant Domestici quid est, quod tam suauissimè Oles, quid tecum Defers suauissimus hic odor duobus diebus non me relinquit, & audio meis Collegis, qui Sacrum Corpus tetigerunt, idemquoque accedisse.

S. 6.

Sententia Periti circa incorruptionem flexibilitatem, & fragrantiam miraculosam.

Ex his deduco euidenter probari, vt constans mihi est Sententia Corporis incorruptionem naturalem, intactamque continuitatem quarumdam Partium mollem, blandumque tactum, pariterque flexibilitatem, ac demum spiratam odoris fragrantiam intra naturalium causarum ambitum non contineri, sed Diuinæ potentiæ deberi, quæ naturæ mandat, & imperat, vt ita agat, vt ipse iubet, ideoque hæc quinque Miraculosa existere constanter affirmo.

Ratio cur Cadauera putrescant

Notum quippe est cuncta, valida, & humida sicuti sunt animalium Corpora naturaliter putrescere, & hoc ideò quia, vt quarto Meteororum 3. Aristoteles docet putredo, non aliud est, quam corruptio propriè, & natiuè caliditatis, quæ in vnoquoque humido est à caliditate externa, quæ in ambiente existit. Indè cum de mortua sensiensium corpora propriam, naturalemque humiditatem, & caliditatem obtineat naturaliter putrescunt, quia semper ab extrinseco ambiente circumdantur, tantoque citiùs, quanto ambiens callidius est, vt textu sequente idem Philicus, quæ quidem putredo Infimum, hoc est humidam, callidam, & grauem, olentem substantiam, & in Cinerem, insubstantiam nempè frigidam, & ficcam terminatur, vt citato Testis tertio habetur; Cùm itaque Beati Iacobi Corpus integro anno steterit sub terra, ventilatione, & effluuio impeditis, geminas ob quas causas cuncta putrescere *primo de diff. Febr.*

quar-

quarto oſtendit Galen. alijſquè ducentis viginti tribus in arca clauſum, atque non ſolum neceſſitudinario ambientis aeris, ſed continuo tot lampadum, totque cæreorum calore perfuſum incorruptum maneat, parteſque ferè omnes naturalem continuitatem connexionem ſitam, atque figuram obtineant id citra naturæ curſum, ſed ſummi factoris luſſu factum eſt. His eleſtica vis aeris copulanda, quæ vt notiſſimum eſt tanta, taliſque eſt, vt non ſolum humida Corpora ſiccet, incineritque, ſed & lapides, ferrumque limet propria, naturalique humiditate, qua partes colligabantur extracta tenuet, incineretque? Quomodo ergo Beati corpus, non ſolum in deſinenti aeris fluxu peſtatum, ſed humatum, effoſſum ſepe manibus tractatum, ſpoliatum, atque ſepiſſimè veſtitum in Cinerem non fuerit conuerſum, vel ſaltem partes laſſaris ligamentis, & fibris naturalem continuitatem non amiſiſſent, niſi ſummus ille noſtri conditor, cui omnia patent eum in præſenti ſtatu ſeruaſſet? Et quidem id loca, pelles, & Chordæ, imò omnia, quæ nimis veteraſcunt manifeſtò oſtendunt, ſi namque ad nimiam ſiccitatem peruenerint, quando manibus quamquam leuiter tractantur rumpuntur, atque franguntur.

Mirum eſt quod Corpus Beati pluries manibus tractatum conſeruetur intactum.

Nec turbentur, quia exenteratum, & ſinè viſceribus indicio, id proculdubio eſt aromate, & balſamo repletum fuiſſe ideoque naturali virtute à putredine, & incineratione ſeruarum, nàm primo plus quam probabile eſt nunquam fuiſſe Balſamo Conditum, cum ſolum inferior venter deſtectus appareat, cum tamen in Cadauetum balſamatione thorax quoque, & caput ſecentur, & balſamentur, haud aliter à putrefactione ſeruantur; Coniectura hanc fulgit, & pœnè euidenter conſtitnit, quod nullæ balſamationis notæ in Sacro Corpore appareant, non enim aliquod balſamicæ materiæ fragmentum, non odor non color, neque quod ſimile in illo viſetur, ſed fuerit inferior venter balſamo plenus & ob id à putredine, & corruptione ſeruatus; An & Thorax quoquè? minimè nam integer eſt ſectionem non habet, vndè ergo Balſamica paſta ingreſſa? Dixeris ex diſſecto inferiori ventre, ſeptoque tranſuerſo, lacerato potuiſſe repleri, potuiſſe quoque ex ea parte vbi deficit Coſta, ſed quam difficile (ne dicam impoſſibile) ſit non ſciſſo Thoracę illum tam benè balſamari, vt tam longo tempore à putredine ſeruetur minimè ignorare puto, tantoque magis quanto integro anno ſub humo fuerit, nec potuit ex loco deficientis coſtæ, nam poſt bina ferè annorum centena abſciſſa fuit quo tàm protenſo temporis ſpatio thorax putruiſſet Præterea non video in quem finem poſt balſamationem, balſamica materia fuerit indè ſeſtracta, ſed ſine inferior venter, & thorax balſamati caput proculdubio balſamatum non eſt curergo non putruit, cur cerebrum? cur oculi tam corruptibiles partes non putruiſſent, cur faciei pili non deciderunt, ſed adhuc videntur, ac ſi duobus diebus antè tonſa fuiſſet.

Excluditur poſſibilitas imbalſamationis.

Partium vnio, atque continuitas in Beati Corpore naturalis proculdubio non eſt nam parſium, Inſtrumentorumque vnitatem legamentorum, fibriarumque ope machinatur natura, quibus laſſatis vel fractis naturalis ſitus mutatur, & à naturali loco de-

Partium vnio ſuper naturalis.

fre-

flectunt, vt est communis medicorum, Anatomicorum Sententia, at verò lassantur ligamenta, & fibræ, quando humiditate fiunt, franguntur, quando sicciora euadunt, vt patet inchordis, & loris, sed quis dubitabit, quod qnando Beati Corpus fuit humo commissum vno anno humatum, humidius, imò humidissimum naturaliter fieri debuerat Certum æquidem, & constanti experientia compertum est, cuncta, quæ sub Tetra clauduntur humiditatem concipere, & si mortua fuerint ad putredinem sollicitari, qnando postea aeri exponitur, siccissimum, vt reuera factum est, ligamenta itaque, & fibræ prius lassari, deinde erumpi debuerant; tum præsertim quia, vel ob deuotionem, vel ob vestiendi, & spoliandi necessitatem, certo sciamus crura, btachia, manus, digitos, & collum sæpissimè varios subijsse motus, vt nos ipsi facere coacti fnimus, & quidem id lota, pelles, & Chordæ, imò omnia, quæ nimis vetera sunt, manifesto ostendunt. Si namque ad nimiam siccitatem peruenetint, qnando manibus tractantur, rumpuntur, minutasque in partes pertranseunt.

Mollities pariter Corporis supernaturalis.

Nec minus supernaturale est post 224. annos in octo Genarijs Senis Cadauere qui dum viuebat siccissimus erat, laboribus, Ieinniisque confectus in quibusdam singnlaribns partibus mollem obseruari tactum. Est æquidem id supernaturale, nam vt quarto meteororum *Text.* 14. Phisicus molle, & durum, quæ sunt Passiones Corporum tetminatorum ab humido, & sicco finnt, & quidem durum à sicco, molle antem fit ab humido, hic multa video, quæ naturæ vices, ordinemque trascendunt, signantque naturæ conditoris potentiam moritur, & hnmatur, hoc tempore non solum illa natutalis humiditas adest, quæ de partium constiturione exist it, desernitque pro siccarum glusione, & Vinculo, sed humorum, excrementorumque alia longè maior, quæ intra Corpns claudebatur, nec loci humiditas, & caliditas deest, quæ putredinem inquinationem, & fetorem sollicitant, sed natuta suum proprium motum sistit, induitque illi contrariam siccitatem. Notum quippe est calida, & humida præsertim in calido loco facilimè pntrescere, quod est in principio humidiora, & calidiora fieri, vt plnrimis in locis demonstrat Galenus, sed præcipuè *primo epid. Sec. par. Text. primo*, *ac primo de differentia Febr. Textu quarto* præter naturæ leges ascisscitur. Itaque siccitas, vbi autem siccitas dominatur ibi, & durities ibi tactui resistentia, vt quarto meteorum Phificus. At verò in Beati vniuerso Corpote summa videtur siccitas, & nihilominus tractabile est, quod cum summa siccitate copulari non potest, & quod admirabilins in quibusdam partibus non solum tractabile, sed molle, tactuique, haud renitens non aliter, ac si triduannm mortuum, vel Ceram tangeremus sed crescit stupor, quando has molliores pattes contemplor, sunt, vt retuli, inter costales Musculi, & illæ, quæ patum supra genu existunt; At verò illi vix paucam Musculosæ carnis portionem habent, itaut quibusdam ligamenta solum videantur, vt *libro 2. suæ Anat. refor. cap. 2. Bartolin. testatur*. Hæ verò sunt tendinnm expansotum ptocessus, ligamenta autem, & tendines ex proptia natuta cnm sicciora, & duriora existant, in tama-

magna, & vniuersali totius Corporis exiccatione, magis, magisque debebant exiccari maiorem duritiem induere, omnemque mollitiem exuere; Inter simbola namque facilior est transitus, vt mihi videatur summum Opificium ad maiorem Portenti admirationem voluisse in his partibus maiorem humiditatem relinquere, vt molles contra naturæ ordinem tactui sentiantur.

Colli, Brachiorum, digitorumque flexibilitatem prætereo, alias partes, vt à 224. annis mortuo quis pro opere naturæ vires admodum excedente non suscipiet? Videmus quippè de mortuorum Corporà naturaliter lyderari, infragidari, & inflexibilia fieri, sed Diuini portenti ratio, & quia in ligamentis, & tendinibus, quorum ope ossa mouentur, quæ naturaliter de mortuis lyderantur, & siccantur, humiditatem Diuina virtus seruauit. *Prout etiam flexibilitas.*

Nec obstat ad quamcumque loci distantiam, & differentiam non moueri; Nam ad id requiritur, vt Musculi contrahi, & relaxari possint, acciditque id, quia semper appositi fuerunt à statura locari, estque vnus alterius antagonista, vt dum vnus contrahitur alter extendatur Musculus autem, qui contrahitur, & flectitur intra se ipsum se recipit, appositus verò tenditur, illisque accedit, quod herudinibus, atque terrestribus Lumbricis, qui quando contrahuntur intra proprium Corpus se recipiunt, & pænè ascondi videntur, quando verò extenduntur relaxatis fibris protrahuntur, constat autem per hoc oportere totam Musculi substantiam humidam esse, vt dilatari simul, & contrahi possint, nec sufficere solum tendines, qui sunt Musculorum Processus, & fines humidos, & flexibiles esse. At verò, vt relatum est Musculosa caro exiccata, & prorsùs ficciſſima est vniuersique Corpus pariter ficciſſimum existit, tendinum solum, atque ligamentorum quarumdam partem diuinitus humida remanente substantia, acciditque id, quod in Chordis, & Funibus valdè siccis, quæ flecti quidem possunt, sed non ita, ac quando humidæ sunt, præsertim quando sunt oppositio modo locatæ.

Sed, & nouum prodigium descripta, hucusque omnia naturæ vires superare ostendens, & omnipotentis illius manus, quæ ex nihilò omnia fecit, opus esse demonstrans de suauissimo illo odore loquor, qui repentim, & inexpectato à Sacro Corpore manauit, est ne naturale mortui hominis Corporis redolere? Sed ne susciperetur quis humano artificio fuisse illum inductum ponderet hæc. §. 8. *Prodigium odoris, qui inde exalauit in actu recognitionis.*

Primò ad aperitur Arca, in qua Sacrum Corpus quieſcit, nullusque odor percipitur; At verò si quid olens intra Arcam vel intrà Arcam, vel intrà Corpus occultaretur, tunc maximè erupisset odor, cum primum Arca adaperta fuit scit enim quisque certum esse.

Secundò gossipium à Sacro Corpore extractum non olet, dum extrahitur, dum manibus trahitur. Sacrum Corpus, dum spoliatur, dum obseruatur nullum odorem emisit, post horas verò spargitur suauissimus odor, & ab omnibus sentitur.

Tertiò si quid olens intrà Beati Corpus cluderetur, à quo odor

postea

20 Ex Proceſſu verò nouiſſimo ſi attendantur Teſtes, non videtur concludentèr probari, nam VI. Sacriſta Cappellæ *Summ. iſtius miraculi pag.* 12. §. 2. aſſerit eſſe flexibile = *nella teſta, coſcie, braccia, gambe, e mani*; & prò cauſa ſuæ ſcientiæ ait quod = *li nerui non ſi rompono, nè ſi laſciano, ma ſtanno ſodi nella loro integrità, e cedono al moto della mano di chi palpa*, & ità XII. *pag.* 16. §. 16. XIV. *pag.* 18. *in prind.* cuius tamen fidei multum detrahit aſſertio quod ad integritatem corporis = *ſolo vi manca vn'oſſo della coſtata*, cum alia etiam deficiant, de quibus ſupra, nec non XIX. *pag.* 19. §. 139. & alij ſucceſſiuè; At prædicti Teſtes non deſcendunt ad circumſtantiam, quod ſubleuato vno membro non ſubleuentur cætera connexa, in quo ſtat ratio flexibilitatis; Quinimò XX. *pag.* 20. *ſub* §. 24. *poſt med.* ait = *poſi vn mio anello ad vn dito di detto Beato Giacomo, per il che alzai il detto Dito, e nell' alzarlo ſi alzò anche il braccio di detto Beato &c.* & paulò poſt = *aſſer-*

ſeruai che la ſteſſibilità di detto Corpo era non ſolo nella Teſta, braccia, e mani, mà ancora nel buſto, mentre io veddi che vn Religioſo poſe tutte due ſue mani ſotto le reni del Corpo di detto Beato, & alzò in alto il Corpo, quale alzato ſi alzorno parimente tutte le parti di detto Corpo così ſuperiori, come interiori ſenza diſlogatura, rottura, ò ſtaccamento di nerui &c. e ſù in mia preſenza, & io lo viddi &c. & XXXIV. *pag.* 24. *ſub* §. 29. ait = *bò viſto bene con li miei proprij occhi che le dette Teſte, mani, e braccia erano intiere, e ſteſſibili, mentre vedeuo che ſe li alzaua la Teſta, e ſollenaua alquanto il buſto, e ſi alzauano le mani, e braccia ſenza ſcompaginarſi detto Corpo, e ſenza romperſi li nerui &c.* VII. verò *Summ. pag.* 25. reſtringit flexibilitatem ad actum, & tempus, ſub quo Beato mutatur habitus, & Caputius ibi = *mentre nell' atto che ſe li muta l'habito, e Cappuccio ſi laſcia alzare le braccia, le gambe, e la Teſta &c.* & IX. *pag.* 26. *ante med.* addit, quod tunc eſt flexibile, quando accedit iuſſus Superioris imperantis ex obedientia ibi = *E nella voce dell'obedienza, che le impone il Padre Guardiano, quando lo vogliono ſpogliare degl' habiti vecchi, e veſtire delli nuoui, che ſi laſcia muouere le ſue braccia, gambe, e Teſta ſenza ſcompaginarſi &c.* & VI. *pag.* 27. *circa fin.* ibi = *In atto che li Padri vogliono mutarli l'habito vecchio per ponerli il nuouo ſi laſcia alzare le braccia, Teſta, e gambe ſenza rilaſſazione, e ſcompaginazione de nerui, ò articoli.*

21 Quià verò præfatus Teſtis XII. cum quo in ſubſtantia concordat XIV. *Summ. pag.* 16. §. 16. *& pag.* 17. *in princ.* depoſuit quod Eminentiſs. Cardinalis Vrſinus in Viſitatione Sepulchri experientiam fecit de flexibilitate Corporis, *vt dicta pag.* 16. *circa fin.* ibi -- *viddi che il Padre Guardiano in preſenza di detto Eminentiſſimo Signor Cardinale Orſini, che ſtana con molta attenzione, e deuozione à gnardare, preſe colle ſue mani la Teſta del detto Beato Giacomo alzandola vn poco, e girandola attorno per far vedere la ſua ſteſſibilità, e così parimente fece alzando, & aprendo le braccia, e mani di detto Beato riponendole poi nella medeſima ſituazione incrocicchiate ſopra il ſuo ſeno, detto Eminentiſſimo Signor Cardinale hauendo oſſeruato così patentemente la ſteſſibilità di detto Corpo diſſe queſte formali parole, queſto baſterebbe à conuertire tutti gli heretici del Mondo;* Volens ego ex officio recognoſcere an dd. Teſtes ſint integræ fidei, eumdem Eminentiſſimum per litteras de hoc requiſiui, & ſub die 29. Octobris anni præteriti mihi reſcripſit in hæc verba -- *E veriſſimo che nell'adorare il di lui Corpo diſſi, che queſto Sacro Corpo baſtaua a confondere la proternia degl' Eretici, che inſultano contro il Culto delle Sacre Reliquie.*

22 Expenſis depoſitionibus Teſtium circà flexibilitatem Corporis Beati examinanda remanet Viſitatio iudicialis facta cum interuentu Eminentiſſimi Archiepiſcopi, duorum Epiſcopocum, nec non Subpromotorum adſcitis pluribus Medicis, & Chirurgis, qui præuia, & accurata inſpectione deſcripſerunt ſingulas Corporis partes, *vt in Summ. num.* 3. *pag.* 33. ac iudicium protulerunt *pag.* 33. *in princ.* in hæc verba — *qua obſeruatione, ac deſcriptione per eos facta vnuſquiſque eorum fuit interrogatus à prafatis DD. Iudicibus delegatis ſuper ſtatu d. Sacri Corporis Beati Iacobi de Marchia, qui*

magni-

magnifici Periti vnus post alium responderunt (stante diligentissima observatione per eos facta super Corpore d. Beati;) Esse miraculosum statum Corporis prædicti Beati propter incorruptionem, & flexibilitatem ipsius, per spatium duorum sæculorum, & annorum 24., ex causis, & rationibus ab ipsis assignandis in relationibus, & Fidibus ab ipsis faciendis, & coram ipsis Iudicibus præsentandis secundum eorum peritiam, & consuetudinem &c. Vndè ponderari poterunt diligentèr à Medico deputando ex Officio relationes ab vnoquoque factæ, & ratificatæ in Iudiciali examine, regiſtratæ *in eodem Summario Num. 5. à pag. 40. ad 66.* ad dignoſcendam releuantiam rationum ab ipſis adductarum.

22. Inſuper idem Eminentiſſimus Archiepiſcopus, & Epiſcopi, auditis præfatis Peritis, aſcenderunt ſuper Altare ad obſeruandum ipſi quoque Sacrum Corpus, eoque viſo, reuiſo, tacto, & palpato recognouerunt eſſe integrum, & incorruptum, & Caput, Collum, & Brachia eſſe flexibilia, ſicut etiam Manus, & digitos flexibiles, concludentes = *Et ità teſtati ſunt præfati Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Archiepiſcopus, & Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Iudices Delegati, qe DD. Fidei Subpromotores, prout ego etiam Notarius deputatus pariter fateor, & atteſtor; quia omnia prædicta vidi, audiui, tetigi, obſeruaui, palpaui, & deſcripſi.*

23. Perpendendum erit igitur an, ſtante diuerſitate inter nouiſſimam, & antiquam Viſitationem Corporis pari modo iudicialiter factam, dum in ea, vt ſuprà dixi, non fuit obſeruata flexibiliras, poſſit exindè ſumi argumentum, quòd nec etiam eadem de præſenti ſubſiſtat: inueriſimile enim eſt, quod exindè ſuperuenerit, quando potius, ex tàm longo temporis interuallo centum, & vltra annorum Corpus lapideſcere debuiſſet.

24. Quatenùs, vt in principio dixi *Num. 3.* incorruptio, & integritas cum flexibilitate Corporis iam fuiſſet à Sac. Congregatione approbata, vti miraculoſa, locus eſſet diſcutiendi eius continuationem, & perennitatem vſque ad præſens, propoſita prò ſecundo Miraculo; Sed cum huiſmodi approbatio deſit, ac ideò ex integro examinanda ſit cum diligenti examine vtriuſque Proceſſus, tranſitum faciam ad tertium aſs. Miraculum Odoris.

III. Aſs. Miraculum Odoris profluentis ex Corpore Beati.

25. QVoad iſtud, eſt in primis conſiderandum nullam de fragrantia, & odore mentionem fuiſſe factam in relatione Peritorum, qui fuerunt adhibiti in prima Corporis Viſitatione anni 1609., imò contrarium aſſeruerunt omnes Periti cum lutamento, vt in fine d. relationis ibi = *totumque Corpus prauum nullum fundit odorem tùm ſitu, tùm putredine emanantem*, & quidem Medici aſſeruerunt non ſolùm vidiſſe, tetigiſſe, ſed olfeciſſe ibi = *nos ergo ſubſcripti Medici videntes, tangentes, & olfacientes iſtud Corpus poſt annum ſui obitus 133. vltrò communem naturæ legem ità conſeruatum iudicamus, atque admiramur*, proùt latiùs ex tenore

d.relationis *Summ.Obiectionali Num.*1. solumque vnus ex XXIIX. Testibus Sacerdos Paulus Rocchetta dixit = *magna cum pietate inspexi, & tetigi, ac olfaciendo mira affectus fragrantia, qua ex supradicto Corpore efflabat Medicorum relationi adhaerens faera illa verba contemplatus sum, non dabis Sanctum tuum videre corruptionem dicto Proeess. Actorum fol.* 234. *tergo*, Cui propterea tanquam vnicus inter tot alios, & non iurato, præsertim in concursu Medicorum, qui relationem cum Iuramento fecerunt, nulla potest dari fides.

26. In Processu autem nouissimo Testes quoad als.odorem in duas scinduntur partes; Aliqui enim dicunt odorem esse perennem, aliqui non, sed quandoque percipi per modum transeuntis, absque eo quod olfatus comparare nesciat cuinam odori naturali, & artificiali sit comparabilis, concludunt tamen vnanimitèr esse supernaturalem, absque eo quod coarctent negatiuam cum ratione scientiæ, quod scilicet non potuerit ex aliquo loco Cappellæ circum circà Corpus, in quo sit immissus odoriferus liquor, transpirare.

27. Sed antequam deueniatur ad ponderandas Testium collisiones, & defectum scientiæ pro dicta negatiua concludenda, præmittendum est, quod VI.Sacrista modernus Cappellæ Beati, qui à multo tempore permanens in hoc Ministerio, certitudinalitèr dicit talem odorem esse permanentem, & imitari odorem balsamicum *Summ. pag.*13. §.5. ibi = *Sò anebe ebe il Corpo del Beato Giacomo spira vn' odore che dà al balsamo, e qnesto l'hò osseruato, & inteso eolle mie nariei da* 7. *anni à questa parte sempre che si è aperta la Cassa, atteso che per il passato, quando si è aperto la detta Cassa, Io non ei hò auuertito &e.*, & §.6. *li Berrettini &e. qnando se li leuano danno il medesimo odore balsamico &e.*

28. Nèc iuuare potest quod idem Testis *à* §. 7. *ad* 10. *pag.* 14., & 15. dicat huiusmodi odorem non posse prouenire ex balsamo, seù aromatibus ex duplici ratione, quam assignat dicendo *sub dicto* §. 7.

E circa se in detta Cassa vi stasse qualebe vaso d'odore, ò pure altra materia odorifera, posso dire con ogni verità, che non vi è nessnna di queste cose, mà si conserua solo senza odori, nè vestigio d'odori, & io lo sò perche da vndici anni che sono Sagrestano sempre che si è aperta la detta Cassa vi sono stato presente, e mai hò visto, che vi sia stata posta cosa odorifera, e precisa, che potesse dare il detto odore snaue, e balsamico, e se fosse stato il contrario, io l'hauerei visto, e saputo, e tanto più che la Cassa, doue stà il Corpo &e. si conserua serrata con quattro chiani tutte diuerse, vna delle quali si conserua &e. in potere del Ren.Canonico Tesoriere, e l'altra del Padre Prouinciale prò tempore, l'altra del Padre Gnardiano pro tempore, e l'altra del Padre più vecchio di detto Conuento &e. di modo che non è possibile, che vi si possa mettere odore, ò altra cosa odorifera senza saperlo le prenominate persone; Alteram quoque rationem subnectit odoris naturalis exclusiuam, & est quod = *l'odore del Balsamo, & altri aromati non durano tanto per lo spazio di* 224. *anni, e questo me l'hà detto dell'anno* 1699. (loquitur de Medico Fusco) *nel qual tempo si aprì la Cassa in presenza di detto Fusco &c.*, *vt pag.* 15. *in princ.*, vltrà aliam rationem prætactam §. 7. ibi =

Io

Io che sono prattico dell'effetto, che fanno i balsami quando sono vecchi, & antichi, sò che &c. non solo non danno buono odore; mà si corrompono, e fanno cattiuo odore.

29. Ad primam etenim rationem responderi potest, quod d. VI. Testis sibi contradicit, dum §. 5. affirmat hunc odorem esse suauissimum, & immediatè post dicit = *per il passato quando si è aperta la Cassa Io non ci hò auuertito &c.* quomodò enim ex inaduertentia contingere potuit se per tot annos antecedentes odorem non percepisse, quando, ex eius obseruatione erat balsamicus, ac per consequens acutissimus, & suauissimus; Secundo quià ipse Testis fatetur sub §. 9. = *Io come Sagrestano tengo vn' altra chiaue della Cassa esteriore di legno, dentro la quale stà la Cassa di Marmo, e di Cristallo &c.* Tertio quia etiam præscindendo ab hactenus adnotatis, adhùc non habemus necessariam coactationem negatiuè, nullum etenim adest documentum, quod Corpus Beati fuerit à dicta Capsa extractum, vt qua par est in re tanti momenti diligentia deprehendi posset, vtrum in aliqua eius parte adessent vestigia odoris immissi, & præcipuè in ore, quod vt diximus, non fuit apertum; Quattò quià estò quod ex insaccinatis herbis, ac aromatibus antiquatis malus potius promanare posset odor, quam bonus, adhuc ex hoc non excluditur aliud condimenti genus, quo d. Corpus setuari potuit odoriferum, nempè per oleum, vel alium exquisitum distillatum odorem, cuius natura fit tractu temporis euapotare, & conuerti in aerem, nullo relicto vestigio fecis, malum odorem de sua natura redolentis; Cum ergò tot, & tanti pateant aditus possibilitati, quod dicta fragrantia non emanet è Beati Corpore, iam non videtur pedem figi posse in huiusmodi odore tanquam Miraculoso.

30. Ponderando vlterius, quod si asserta fragrantia exiret è Corpore, probabiliter semper exiret, sicuti diuinitus semel indutum Corpus incorruptione, & flexibilitate in signum Sanctitatis Animæ, olim eidem vnitæ in omni circumstantia temporis dutat incorruptum, & flexibile ex Moysis Testimonio, quod = *Dei perfecta sunt opera*; At ex pluribus documentis habetur non semper percipi huiusmodi odorem, & propterea fortius vrget præsumptio, quod tunc sentiatur quandò ab extrà immittitur &c.

31. Quod autem non semper sentiatur dicit XII. *pag.* 17. §. 18., ibi *Io sò che quando il detto Beato Giacomo fà qualche Miracolo, ò grazia à qualche suo Deuoto, spira vn' odore, seù fragranza dal suo Corpo suauissima, e questo odore l'hò inteso più volte in detti tempi, e l'hanno inteso anche altri Padri della mia Religione, & è cosa notoria in detto Conuento, & pag.* 19. *in princ.* ibi = *hò osseruato che detto odore non è sempre, mà Io l'hò inteso molte volte anche nelle giornate ordinarie senza Feste*; XX. licet pluries viderit d. Corpus occasione aperiendi capsam, & tetigerit immittendo suum anulum in digitum Beati, *vt pag.* 20. nullum in tota sua depositione verbum fecit de odore, minusue XXII., & alij *à pag.* 25. *ad* 28. Et solum aliqualis discrepantia est inter eos, dum aliqui dicunt efflasse odorem = *tempore recognitionis, & obseruationis Corporis, vt pag.* 35. *in princ.* Item *pag.* 37. *in princ.* = *nel tempo che faceua detta osseruazione in detto Corpo, sentij che ne scaturiua vn' odore suauissimo*; Ità *pag.* 38. §. 3. *pag.* 56. *sub* §. 19. *pag.* 59. §. 23.

pag. 60. *ſub* §. 24. *pag.* 71. ibi = *nel principio non ſentij l'odore, mà benſì circa il mezzo*: *pag.* 72. *litt. E.* ibi = *accadde verſo la metà del tempo, che ſi fece detta viſita pag.* 74. *litt. D. l'odore fu da me ſentito poco doppo il principio di detta Viſita*; Alij verò dicunt id ſub finem Viſitationis euenisſe, vt II. Peritus *pag.* 44. *ſub.* §. 8. ibi *nullus odor perceptus prorsùs eſt moto, manibuſque tractato Corpore ſenſus odoris nullus ab extracto geſſipio Medicorum manuerque mouerunt, tetigeruntque Sacrum Corpus &c. tribus circitèr horis odorem habuerunt nullum*. Et alius Peritus *pag.* 50. §. 13. = *Mà finita l'oſſeruatione ſi ſparſe per la Cappella un' ſuauiſſimo odore* lià alij Periti *pag.* 51. *circa finem pag.* 54. §. 18. *pag.* 62. §. 27. *pag.* 64. *ſub* §. 29.

32. Negari tamen non poteſt, quod iſte odor, & qnidem ſuauiſſimus ex CorporeBeati Iacobi non ſemper exalet, liquet, dum ſuper hoc habemus atteſtationem iuratam Eminentiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi factam vnà cum alijs Epiſcopis Delegatis, in qua dicitur vti ſpeciali obſeruatione dignum, quod huiuſmodi ſuauiſſimus odor, qui non tantum aromata, ſed aliquid aliud ſuauius, & iucundius efflabat, non innoruit in aperitione Arcæ, nec toto temporis ſpatio quo Sacri Corporis obſeruatio per acta fuit, ſed circà finem; *Et iuſuper* (ſunt verba præciſa d. atteſtationis) *d. Eminentiſſimus, & Reuereudiſſimus D. Card. Archiepiſcopus dixit, quod cum in obeunda functione abſtergeret ſudorem à ſua facie in magna copia emanantem cum eius proprio ſudariolo lineo, obſeruauit non in actu functionis, ſed poſt receſſum à Cappella, & in itinere, & dum in ſuam Domum reuertebatur, prad. ſuum ſudariolum ſuauiſſimè redolere, qualitate odoris iam recenſita, & ad maiorem talis facti comprobationem præfatus Emiuentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardiualis Cantelmus exhibuit prad. ſudariolum pœues ſe exiſtentem coràm dd. Illuſtriſſimis DD. Epiſcopis Iudicibus, & Domino Fidei Subpromotore, quod benè ab omnibus pradd. DD. Iudicibus, & Subpromotore, & à me Notario obſeruatum, fuit inuentum adhùc redolens eundem ſuauiſſimum odorem modo, quò ſuprà, quod quidem Sudariolum pœnes ipſum Eminentiſſimum D. Cardiualem remanſit, & in fidem &c.*

33. Et concordant litteræ ad Sac. Congregationem ſcriptæ tàm ab eodem Eminentiſſimo Archiepiſcopo, quàm ab alijs duobus Epiſcopis Fundano, & Maſſalubrenſi datæ per extenſum *in Summario pag.* 80. *cum duobus ſeqq.*; Ipſeque Eminentiſsimus Archiepiſcopus antequàm clauderetur Proceſſus, & tranſmitteretur ad Sac. Congregationem certiorem me facere dignatus fuit per ſuas litteras de hoc facto tanquam valdè notabili, voluitque, vt illud præferrem fel. record. Innocentio XII. prout feci cum recitatione *ipſarum* litterarum, & piiſsimus Pontifex de hoc valdè lætatus fuit, vtpotè habens de Sanctitate huius Beati magnam opinionem.

34. Videndum erit igitur an huiuſmodi odor, qui abſque vllo dubio iuxtà certiores probationes reſultantes à dd. atteſtationibus Eminentiſſimi Archiepiſcopi, & aliorum Epiſcoporum non efflauit in ipſo actus aperitionis Arcæ, & recognitionis Corporis, ſed poſt, diuque durauit, reputari poſſit tanquam ſupernaturalis, & Miraculoſus.

Circa

Circa IV. Miraculum liberationis Ciuitatis Neapolis ab incendio Veſuuij.

35 DVplex poteſt occurrere difficultas quoad hoc aſſ. Miraculum; Vna circa probationem, altera circa releuantiam; Iſtaq; diuidenda erit in duas inſpectiones; Vtrùm ſcilicet liberatio Ciuitatis ab imminenti periculo tribuenda ſit potius S. Ianuario, quam Beato Iacobo, & quatenùs tribui poſſet Beato Iacobo, adhuc videndum remanebat, an potuerit eſſe naturalis retroceſſio illa formidabilis globi, ex quo timebatur Ciuitatis oppreſſio.

36 Quoad probationem, obſeruandũ eſt quod VII. Teſtis deponit quidem de viſu. ſed ſuper facto quod contigit ſub eius ætatem annorum decem, proindequc non probat iuxtà *Tex. in l. 3. §. lege Iulia ff. de Teſtib. Gratian. diſcept.* 525. *in princ. Farinacc. de Teſtib. quæſt.* 58. *num.* 1., *Conciol. reſol. crim.* 2. *verbo minor*, & cum effectu detegitur tanquàm teneellæ ætatis nimis credulus, & minus capax, credidit namque quibuſdam Religioſis = *Che il detto Beato Giacomo, in ſegno che voleua vſcire con detta Proceſſione, haueua da ſe alzato vna ſua gamba alle voci del P. Guardiano, che gli diſſe che per obedienza haueſſe dato ſegno, ſe voleua vſcire, ò nò*, vt videre eſt *Summ. pag.* 81. *in fine*, & 87. *in princip.*; De hac enim circumſtantia nullus alius Teſtis deponere cogitauit, VIII. etiam eſt vnicus in eo quod viderit in aera nubem lucidam, ad cuius aſpectum = *detta Piramide, e globo di fuoco &c. ſi andò à precipitare per moto contrario &c. in mare, Sum. pag.* 91. §. 19. IX. pariter *pag.* 92. §. 22. eſt vnicus in eo quod dicit quod vltra globum cernebatur = *vna ſtriſcia di fuoco come faſſe vn gran ſtrpe, ò vna gran ſpada infuocata*, & *pag.* 97. §. 25. dicit, quod erat = *giuſto come quando vn Paone ſpande la coda atterno*, vnicus quoque eſt X. *pag.* 106. *ante med.* in eo quod dicit, quod ille globus erat = *vna gran Colonna e nube di fuoco*, & XVI. *pag.* 102. §. 46. vbi dicit = *comparue vna ſtella lucida in aria à diritto ſopra il ſuo Cerpo &c.* Hæc autem diuerſitas circa vnum, & idem obiectum cadens ſub ſenſu viſus, vtique minuit eorum fidem ex vulgaris.

37 Rurſus diſcrepant Teſtes circa tempus Irruptionis Veſuuij, nàm VII. *pag.* 86. dicit incepiſſe = *dal martedì 16. Decembre 1631.* ità IX. *pag.* 92 *ſub* §. 21., & XIX. *in princ. pag.* 16. Contra vero X. dicit incendium antecedentèr ſumpſiſſe initium, nempè 12. d. menſis, *Summ. pag.* 94. *in princ.* ibi = *Io sò che nel detto Anno 1631. del meſe di Decembre la ſèra delli 12. del detto meſe ſi cominciorono à ſentire li Terremoti cauſati dal Veſuuio &c. e li giorni delli 13., 14., e 15. di detto meſe, viddi il detto Monte cacciare gran fumo &c. arena. e cenere in quantità*, cuius Teſtis depoſitio fulcimentum habet à Teſtibus deponentibus, quod inſtituta ſub d. die 16. ſolemni Proceſſione Cleri, & Populi cum geſtatione Capitis, & Sanguinis S. Ianuarij, valdè fuerit diminutus impetus ignis ità II. *pag.* 99. §. 41. ibi = *Trà le altre Proceſſioni ſe ne fece vna da queſta Chieſa Arciueſcouale il giorno 16. di Decembre, colla Reliquia del Glorioſo*

S. Gen-

S.Gennaro,che andò al detto Ponte della Maddalena,& io vi interuenni, e nel tempo di detta Proceſſione ſi ottenne la gratia, e ceſſarono le laue di fuoco,e di acqua puzzolenti,che haueua ſcaturito il Veſuuio per tutto il ſuo circuito, così dalla parte del Mare, come di Terra con tanta mortalità di Genti,e di Animali &c. & XIX. idem dicit *pag.* 106. *ante med.* cum quibus concordat idemmet Teſtis IX.*pag.*95.*verſ.reſpondit= le laue di fuoco&c.come anche le laue di acque bituminoſe, le quali haueuano disfatte; e conſumate tutte le Maſſarie &c. erano fermate &c.* Si enim ſub d. die iam ceſſau euerant præfatæ eruptiones, eo ipſo datur intelligi, quòd initium non ſumpſerant ſub d. die 16. ſed ſub die 12. vt efferit dictus Teſtis IX.

38 Alij verò Teſtes dicunt d. die 16. non ceſſaſſe incendium Voraginis, ſed potiùs increuiſſe, & VIII.*pag.*91. *in princ.* ibi = *ſeguitando per più giorni la detta eruzione &c.* IX.*pag.*92.*ſub* §. 21. *in fine* = *Il Monte Veſuuio continuaua tutti li ſudetti portenti, e queſta Città ſi vedeua in ſtato di maggior pericolo* II.*pag.* 100.§.41.*in fine*= *dopo la Proceſſione di d.glorioſo S.Gĕnaro era creſciuta& era più orrenda, e minaeciaua danni maggiori preciſe quel giorno,che ſi fece la Proceſſione*; Proindèque tamquam Teſtes ſeſe inuicem collidentes nihil probant *Farinac.de Teſtib.quæſt.*65.*num.*2., & ex alijs penes, *Rot.dec.*73. *num.*20.*par.*19.*rec.*

39 Aduertendum eſt demum duos Teſtes ſupponere, quòd ſub die 19. Decembris fuerit ordinata Proceſſio cum delatione Capſæ, in qua cuſtoditur Corpus Beati ex Decreto Ciuitatis Neapolitanæ,& ſunt VII. qui *pag.*86. *circa medium* dicit = *Per tal cauſa preſe partito il Conſiglio di queſta Città di Napoli&c.di fare vna Proceſſione*, & IX. *pag.* 92. §. 22., quod tamen Decretum non habetur in Proceſſu.

40 Quò verò ad releuantiam, quæ vt dixi, pendet à duplici inſpectione ſcilicet vtrum liberatio Ciuitatis ab imminenti periculo tribuenda ſit potius S. Ianuario, quàm B. Iacobo; Et num potuerit eſſe naturalis retroceſſio formidabilis globi, ex quo timebatur Ciuitatis oppreſſio.

41 Reſpectu primæ partis aduertendũ eſt quòd in memoriam d. liberationis inſtituta fuit in Ciuitate annua Proceſſio cum ſola delatione Capitis, & Sanguinis S. Ianuarij, ità primus Teſtis iuxtà 14. *proc.fol.* 154., ibi = *Sò che in queſta Città di Napoli ogni anno &c. ſi facèua vna particolare Proceſſione in rendimento di grazie per la liberazione di Napoli dal fuoco della Montagna di Somma à honore del glorioſo S.Gennaro, portandoſi in eſſa la Teſta, & il Sangue di detto Santo ſenza altre Reliquie di Santi* (ad quam circumſtantiam ſupplicamus ſeriò reflecti), *e queſto lo sò per eſſerui più volte interuenuto, & bò inteſo, che ſi faceua per l'effetto ſopradetto*; Et deponens iſte Teſtis ſuper ſecundo Articulo continente Proceſſionem in honorem Beati Iacobi, ingenuè fatetur ſe de alia Proceſſione neſcire, niſi de illa, quæ fit in honorem S.Ianuarij; Ità II. iuxtà 12. *Proc. fol.* 167. qui dicit ſe ſcire = *Che per la protezione del Glorioſo S.Gennaro noſtro Protettore era ſtata liberata la Città di Napoli dal pericolo di quell'incendio &c.*& iuxtà 14.=*Sò,che in memoria di queſta liberatione &c. ogni anno ſi fà vna Proceſſione, che ſi chiama del Patrocinio di S.Gennaro, & è alli 16. di Decembre &c., & in detta Proceſſione ſi porta la Teſta, e Sangue di S. Gennaro &c.* III. iuxtà

14. *fol.* 192. *terg. in fin.* = *Sò, che ogni anno in queſta Città a'16. di Decembre ſi fà vna Proceſſione chiamata del Patrocinio di S. Gennaro in rendimento di grazie per eſſere la medeſima ſtata liberata ad Intercessione di d. Santo dall' Incendio del Veſuuio, & in detta Proceſſione ſi porta la Teſta, e Sangue di detto Santo, e non bò viſto, che in eſſa ſi portino altre Reliquie di Santi*; V. *fol.* 216. *iuxtà* 14. = *In memoria della liberazione ogn' anno à 16. di Decembre ſi fà vna Proceſſione in honore del Glorioſo S. Gennaro, nella quale ſi porta il Sangue, e la Teſta di detto Santo &c. intitolandoſi tal giornata il Patrocinio di S. Gennaro*, ita V. iuxta idem *fol.* 243. *ter.* VI. Sacriſta Sacelli B. Iacobi iuxta 14. *Proc. fol.* 321. *ter.* dicit = *Sò molto bene, che in memoria della liberazione dall' Incendio di detto Monte Veſuuio ſi faccia vna Proceſſione à 16. di Decembre in honore del Glorioſo S. Gennaro, doue ſi porta il Sangue, e la Teſta di eſſo, nè in quella bò viſto portarſi altre Reliquie de Santi, benſì in quel giorno ſi apre tutto il Teſoro doue ſtanno ripoſte tutte le Reliquie di tutti gli altri Santi Protettori alla publica veneratione, e ciò lo sò per hauerla viſta più volte*; XI. *Proc. fol.* 424. ait = *Queſta Proceſſione ſi fà &c. e ſi chiama il Patrocinio di San Gennaro*, XIII. *fol.* 522. *ter.* XVII. *Proc. fol.* 583. dicit nihil ſcire, quòd dicta liberatio ab incendio = *ſia ſeguita ad intereſſione di detto Beato Giacomo*, quin potiùs *eod. fol. in fin.* dicit = *che tal Proceſſione ſi fa in memoria di hauer liberato detto Santo* (Ianuario (*la Città dall' incendio &c.* ita XX. *fol.* 647. *ter.* = *Ciò ſi fà in memoria di hauer detto Santo liberato queſta Città*; XXI. *fol.* 667. *ter.* addit, quod = *fuſſero ſtate portate Proceſſionalmente le Reliquie di S. Gennaro ſopra il Ponte della Maddalena, e che n'haueſſero ricenuta vna gratia particolare ſopra detto Incendio*, XXIII. *fol.* 725. *ter.* = *fù portata la Reliquia del Glorioſo S. Gennaro &c. e per intereſſione di d. Santo ſegui la ceſſazione delle fiamme in detto tempo*.

42 Ar XXVI. qui eſt Primus ex Officio *Proc. fol.* 949. ſuper hoc aſſ. Miraculo allegat P. Gregorium Caraffam Epiſcopum Caſſani; ſubindèque Archiepiſcopum Salernitanum, anteà Generalē Theatinorum, qui hiſtoriam illius temporis deſcribit, quem etiam allegat II. ex officio *Proceſſ. fol.* 964. idemque videndus iuxtà 12. fol. 950. – *anteceden temente era ſtato inuocato S. Gennaro, al quale ſi aſcriue la liberazione dell' Incendio del Veſuuio, e per tal cagione ogn' anno à 16. Decembre ſi fà ſolenne Proceſſione*, & *fol.* 950. *ter.* ſubdit – *In detta Proceſſione ſi porta ſolamente il Sangue, e la Teſta di S. Gennaro, nè ſi portano Reliquie di altri Santi*, ita II. ex officio *fol.* 966.

43 Conferre quoq; poteſt ad corroborāda dicta Teſtium circa hoc, quod conſideratus fuerit tanquàm Principalis Interceſſor apud Deum pro liberatione Ciuitatis in d. occaſione S. Ianuarius; Hiſtoria Ioannis Baptiſtæ Maſculi è Societate Ieſu in oper. cui tit. de Incendio Veſuuij excitato Kal. Ian. anno 31. Sæculi 17. edito anno 1633. & in decem libros diuiſo; ponit in fin. Ephemeridem d. Incendij, & per ſingulos dies incipiendo à die 16. Decembris vſque ad fin. anni deſcribit ea, quæ contigerunt, nec die 19., qua dicitur factam fuiſſe ſolemnem Proceſſionem cum delatione Corporis Beati Iacobi vllam prorſus mentionem de illo facit; nominat quidem

dem S.Ianuarium die 16., qua facta fuit alia Proceſſio cum delatione Sanguinis eiuſdē, & in fine ſic ait - *Inter hæc ad auertendam Dei vltoris iram quotidie ſupplicationes indictæ magna cum ſignificatione pietatis ad delubra, & aras Cælitum, ex quibus Ianuarium in primis Apotrupeum hic Vrbi præſto fuiſſe nemo eſt quin fateatur*, Deſcribens etiam quæ contigerunt anno ſequenti ſub die 19. Aprilis hæc ait-- *hic dies 5. incidit in triumphum magni Liberatoris noſtri in Cælum erecti; Idem quodamodò triumphalis fuit Ianuario, nam ſupplicatio ei eſt indicta eum pompa: perturbare hanc Veſuuius conatus eſt, ac diem, quo Immortalitas nos excepit, fædare cinere, mugitum etiam edidit concuſſa Tellure, effuditque rurſus, quamquàm minori cum impetu cinerem; Exterriti primum Oppidani coniecere ſe in fugam ſed ſtatim compoſita omnia; Interea Neapolis aſſueta Ianuarij præſidio contemnere Veſuuij minas, inſtitutam pompā producit, illic viſebatur in Triumpho reuiuiſcens Deus, hic viuidus Sanguis, & quanquàm huic vnus erat deuictus hoſtis ignis, is tamen infinitis copijs immanitate præponi, quippè qui momento pænè temporis Campaniam deuaſtarat*; Et deſcribens diem 18. Septembris in peruigilio S.Ianuarij anni 1635. dicit - *Veſuuius cum Vicinia ſe commouit, ſed hoſtem veritus Victorem, leuius, ac diù poſtea quieuit; Et in delineatione ſtatus Montis Veſuuij poſita in principio eiuſdem operis pingi fecit S.Ianuarium cum ſanguine in manu dextera ad deſignandum eum verè fuiſſe Veſuuij Victorem*. Et ſumma cum ratione potuit Ciuitas conſiderare S. Ianuarium tanquàm ſingularem Protectorem pro ſui liberatione in occaſione prædicta, dum talem expertus fuerat longè retroactis temporibus in ſimili cauſa, ſicuti habetur in ſexta eius officij lectione, quod ab Eccleſia recitatur, & habeo impreſſum vſquè de anno 1604. ibi - *Sed illud in primis memorandum quod erumpentes olim è Monte Veſuuio flammarum globos, nec vicinis modo, ſed longinquis etiam Regionibus vaſtitatis metum afferentes, extinxit*.

44 Controuerti tamen abſq; læſione veritatis non poteſt, quod noſter Beatus habuerit magnàm, & poſtremam partem in liberatione Ciuitatis, dum Teſtes concorditer dicunt, quod adhùc poſt Proceſſionem ſolemnitèr factam die 16. Decembris cum delatione Sanguinis S. Ianuarij non ceſſauerat periculum, ſed grauitèr timebatur, vndè habito recurſu ad S. Iacobum, factaque alia ſolemni Proceſſione cum delatione Corporis die 19. eiuſdem menſis, ſtatim ſic peruenit ad Pontem detto della Maddalena, præfatus formidabilis globus motu contrario retrogtado viſus fuit in Mare deturbatus, vt de viſu dicunt *VIII. pag. 91. per tot. IX. pag. 92. & 93., X. pag. 95. §. 35. cum duobus ſeqq. & pag. 96. & 93. XI. pag. 99. & XII. pag. 100. cum ſeqq.*

45 Et multum confert P. Gregorius Caraffa Theatinus, vt ſupra citatus à Teſtibus, & quidèm contemporaneus, in opuſculo de noui ſima Veſuuij conflagratione, impreſſo anno 1632. vbi poſt relatas alias Proceſſiones ſic ait=*Sed memorabilis eſt Proceſſio quam die Veneris 19. Decembris inſtante Excellentiſs. Prorege, magno apparatu, et ſplendore habuerunt, cui præter omnes Regularium Neapoli degentium familias, plurimi etiàm ſæculares variis ſodalitatibus adſcripti interfuerunt ijdem Patres de Obſeruantia adtunctis etiàm*

fra-

fratribus Obſeruantiæ ſtrictiorit Apoſtolicit Viris, & Cœleſtem Vitam in Terris degentibus nudis pedibus incedebant, deducentes Sacrum B. Iacobi de Piceno Corpus, quod in eadem Eccleſia S. Mariæ Nouæ maxima cum Veneratione, & Cultu requieſcit, & crebris Miraculis ſplendet; Hoc ſecurum Vrbis propugnaculum, ſæuienti incendio, & grauiut ſemper minaci obijcere viſum eſt; Sacram Arcam in qua hæ Reliquiæ ſeruantur ipſimet Patres humeris ſubierunt, & ad Pontem vſque Magdalenæ geſtauerunt, comitantibus Excellentiſſimo Prorege, Collaterali Conſilio, omnibuſque ferè huius Ciuitatis cuiuſcumque Ordinis Magiſtratibus, & innumeris Primatibus, & Patritijs, quo Sacro Corpori circumfuſi confertum vulgus, quod Sacram pompam remorabatur auctoritate ſua ſubmoueret; Vix dum egreſſa Vrbem hæc ſupplioum deuota acies Ponti admota curuatis genibus cernua Deo, & Beato Confeſſori vota pro ſalubritate nuncupauit, cum borrida, & formidanda nubes, qua Neapolim verſus iam longo piceoque tractu Aerem funeſta caligine obducens à ventis magno impetu agebatur, illicò ſubſtitit, & quaſi tanti Protectoris Reliquijs obſequioſa retroceſſit in vicinum Mare à contrarijs ventis eodem momento ſpirantibus relata: obſtuperunt ad tam ſubitum mutationis ſpectaculum omnium animi, & parem euidentibus hiſce auſpicijs ſpem cuncti concipientes, Deo, & eidem apud eum Interceſſori debitas gratias agentes, Hymnum Te Deum laudamus *ijſdem Patribus recinentibus, mitiora iam fore incendia lætiut ominabantur; His peractis ſe ad eamdem Eccleſiam Pompa conuertit (alacrioribus Populi acclamationibus comitatu) in quam circa ſecundam ferè noctis horam ſacrum illud Corpus relatum eſt.*

46 Maiorem forsàn difficultatẽ habere poſſet altera inſpectio, vtrùm retroceſſio formidabilis globi, ex quo timebatur deſtructio Ciuitaris potuerit eſſe naturalis, eius reſolutio pendebit à prudentiſſimo Iudicio Sæ. Congregationis perpenſis rationibus, quas afferre poterit Peritus deputatus ab Eminentiſſimo Ponente; Liceat ramèn mihi nonnulla ponderarè, quæ forsàn ad rem faeere poſſunt; Inprimis obſeruandum videtur, quod dies 19. Decembris, in qua facta fuit ſolemnis Proceſſio cum delatione Corporis noſtri Beati, & obtenta gratia per biduum, vel triduum præceſſerat ſolſtitium, à quo incipit Solis reuerſio, nempè à Tropico hyemali, & incipiunt eontrahi noctes, & incipiunt rigores hyemales, ac facillimè Venti Boreales efflant, rùm propter viciſſitudinem temporis ex tranſitu ab Autumno, qui frigidus, & ſiccus eſt, ad Hyemem ſui natura frigidam, & humidam; tùm proprer Niues; quæ in Collibus appareut, & ſtipantes Aerem Ventos excitant, faciliuſque Boreales, ex prædominio frigoris.

47 Quod autem expirare potuerint Venti in eo momento, quo fuit obtenta gratia faciliùs ſuaderi poteſt, eùm Proceſſio incepta fuerit poſt prandium, & ſic de ſero peruenire debuerit ad Pontem Magdalenæ, vt dicunt Teſtes *Summario pag. 91. cum ſeqq. ad* 100. IX. *pag. 93.* in principio deponit præcisè de hora 23. circitèr; Vndè non abs re videbitur, quod trauſeunte Sole de luce Diei ad Veſperam, indè ad tenebras noctis fieri potuerit motio ſenſibilis in natura, ex qua Venti fuerint excitati; Præſertim verò ſi eo tempore aliquis Planera eoſdem Ventos excitare potuerit, quod Peritis inueſtigandum telinquimus.

48 Certiùs verò credi poteſt efflaſſe Ventos eo tempore, quo ſequta fuit globi retroceſſio dum Pater Caraffa in ſuprà regiſtrata relatione apertè dicit, quod ſtatim ac ſupplicum deuota acies cum Corpore Beati peruenit ad Pontem, & Deo, ac ipſi Beato Vota pro ſalubritate nuncupauit (ſunt verba præciſa) *horrida, & formidanda nubes, quæ Neapolim verſus iam longo piceoque tractu aerem funeſta caligine obducens a ventis magno impetu agebatur illicò ſubſtitit, & quaſi Protectoris Reliquijs obſequioſa retroceſſit in vicinum Mare, contrarijs Ventis eodem momento ſpirantibus, relata.*

49 Atque ad effectum verificandi vtrùm verè tunc efflauerint Venti, qui naturaliter operari potuerint retroceſſionem globi inter alia Interrogatoria, vnum tranſmiſi in ordine vndecimum, iuxtà quod XXXVIII. Teſtis primus ex Officio Proc. fol. 949. affirmatiuè reſpondit, citans Patrem Caraffam vbi ſuprà. Proindèque obſtare non poteſt, quod X. Teſtis iuxtà d. XI. Interrogatorium pag. 97. ſub §. 36. dicat aſſertiuè; *Mi ricordo, che allora non vi erano Venti quando retroceſſe, & andò in Mare detta Piramide*, cùm ſit vnicus, nec ſtare poteſt in concurſu alterius, qui vti dixi, fuit examinatus ex Officio, & ſe conformat cum aſſertione P. Caraffæ; Alijque d. Interrogatorium non euacuant, ſolumque VII. pag. 89. §. 11. in fin. & pag. 90. in princ. & XI. pag. 100. §. 42. dicunt ſe non recordari, quod tunc efflarent Venti, quamuis d. XV. ex ſola ſua credulitate dicat, *Mi pare, che non menauano Venti.*

QVINTVM, & SEXTVM MIRACVLVM.

Aſs. Liberationis Nicolai Gambacurtæ à Cęcitate cum repetita liberatione ab eadem iterum ei ſuperuenta.

50 QVintum, & Sextum Miraculum geminatæ, ſeù reiteratæ reſtitutionis viſus Nicolao Gambacurtæ in puncto probationis non modicas patiuntur difficultates, quarum prima eſt, Defectus examinis quinque Teſtium, qui fuerunt præſentes, nec de eorum prædeceſſu docetur, ſicut docetur de trium aliorum, nempè Angelæ, & Anielli Cenatiempo affinium d. Nicolai, & Santilli Sillæ Chirurgi *vt in Summ. pag.* 117. §. 18. *pag.* 139. *ante* §. 47. *pag.* 141. *ſub num.* 2. *circa finem, & pag.* 144. *ſub* §. 2. Inter eos autem, qui nō fuerunt examinati, nec iuſtificati tanquàm mortui, quinque fuerunt præſentes, ſunt duo nempè Dorothea Serruta, Socrus d. Nicolai, & Anna Ciliberto eius Affinis, vt teſtatur dictus Nicolaus, *Summ. pag.* 111. §. 2. *&* 113. *ſub* §. 10. *&* 14. *& alij Teſtes ſub pag.* 117. *ante* §. 18. *pag.* 128. *ante* §. 34. *pag.* 138. *ante* §. 45. Item Marchioniſſa de Petrella, quæ adſtitit Altari Beati tempore, quo

Æger

Æger viſum recepit, vt teſtatur XII. Sacriſta pag. 134. §. 42.

51 Secundò quia licèt Ioſeph de Priſco fuerit præſens tàm primæ, quàm ſecundæ recuperationi luminis oculorum, vt deponunt Teſtes in *Summario pag.* 113. §. 10. *& pag.* 117. §. 18: vbi tamen Teſtis de dicta præſentia Ioſephi primæ Gratiæ non deponit aſſertiuè, dicendo = *Se male non mi ricordo, vt pag.* 122: §. 27: *& pag:* 127. §. 33. *in fine, & pag.* 138. §. 44. *in fine*; Ipſe tamèn ſupèr ſecundæ ſolùm deponit ſe fuiſſe præſentem, vt *pag.* 142: *poſt princ.* quo enim ad primam recuperationem viſus deponit tantùm de auditu pag. 141. in fine. *Mi fù detto, che foſſe andato alla Chieſa &c. e che entrato &c. reeuperò miracolo ſamente la viſta.*

52 Aſſumendo verò Relevantiam quoad primum extremum morbi, dubitari non contingit, quod ejus eſſentia conſiſtit in eo, quod eidem Gambacurtę ob humiditatem contractam ex illius permanentia ſerotino tempore in Viridario, ſuperuenerit in oculis magna humorum effuſio cum ſanguine, prolapſo deniquè denſo quodam humore ad inſtàr panni, viſum impedientis, quem tres Periti nuncupant = *Catarate dette à grancio, & gotta ſerena*, vt dicit idem Sanatus *Summario pag.* 116. *ante* §. 16. & Teſtes in eo paſſim, qui paritèr in ſubſtantia concordant, quòd ægritudo inceperit ſub finem Iunij, & durauerit per ſex circitèr menſes, quodque tres Chirurgi illam habuerint ſi non incurabilem, ſaltèm difficilis curationis, vt ipſemet deponit *Summario pag.* 111. *ſub* §. 2. ibi = *Santillo Sia Chirurgo &c. diſſe fino da principio, che li ſembraua quaſi incurabile, nondimeno potendoci eſſere ſperanza di ricuperare la viſta ſernon in ambedue almeno in vno degl' occhi cominciò à ponerei vna ce rt' acqua*, & pag. 116. in princ. = *li Medici &c: diſſero, che la cauſa del male era di difficile curazione*, ſubdit tamen = *diſperorono della mia curazione.*

53 Aduertendum tamèn eſt, quod illam diligentèr curarunt per dies 25. circitèr applicando medicamina exſiccantia, vt depoſuit ipſe Sanatus, & ſucceſſiuè cum aqua Marathri *per lo ſpazio di* 40. *giorni in circa, vt dict. pag.* 111. §. 4. *& III. pag.* 116. §. 17. *per ſeptem menſes* IV: *pag.* 121. §. 26: ibi = *Vi applicorno agl' Occhi alcuni medicamenti, quali continuati per cinque meſi in circa &c. pag.* 137. *ſub* §. 44. ibi = *Inteſi che* (Chirurgus Santillus) *diſſe, che quèſto male era incurabile, però dixde qualche anza di poter ſanare*, & ſubdit plura adhibuiſſe medicamina, quæ ibi exprimit Chirurgus Robuſterius XVII. Teſtis pag. 244. num. primo. = *e queſta cura io la continuai per lo ſpazio di due meſi in circa, e perche io viddi &c. non haueua cagionato giouamento &c. conſultai &c. che ſi mandaſſe a chiamare il d. Santillo Siena Profeſſore particolare degl'occhi &c.* qui ſucceſſiuè curam vt ſuprà continuauit, & Petrus de Mattheis alter Peritus pag. 146. circà med. ibi = *ei applicai lo Spirito di Sale armoniaco, cioè il fumo di detto Spirito, & vn' Acqua compoſta di Solimato &c.* Erit igitur Medici ex Officio deputati expendere indolem Morbi, & an prædicta Medicamina fuerint apta confortare partem læſam, & ità ad recuperationem viſus parare viam, vt temporis intervallo potuerit per illorum efficaciam remoueri obex ab oculis, & æger lumen recipere.

54 Pro quo tamèn conſiderari poteſt, quod ſe ſeruidè commendan-

48 Certiùs verò credi potest efflasse Ventos eo tempore, quo sequta fuit globi retrocessio dum Pater Caraffa in suprà registrata relatione apertè dicit, quod statim ac supplicum deuota acies cum Corpore Beati peruenit ad Pontem, & Deo, ac ipsi Beato Vota pro salubritate nuncupauit (sunt verba præcisa) *horrida, & formidanda nubes, quæ Neapolim versus iam longo piceoque tractu aerem funesta caligine obducens a ventis magno impetu agebatur illicò substitit, & quasi Protectoris Reliquijs obsequiosa retrocessit in vicinum Mare, contrarijs Ventis eodem momento spirantibus, relata.*

49 Atque ad effectum verificandi vtrùm verè tunc efflauerint Venti, qui naturalitèr operari potuerint retrocessionem globi inter alia Interrogatoria, vnum transmisi in ordine vndecimum, iuxtà quod XXXVIII. Testis primus ex Officio Proc. fol. 949. affirmatiuè respondit, citans Patrem Caraffam vbi suprà. Proindèque obstare non potest, quod X. Testis iuxtà d. XI. Interrogatorium pag. 97. sub §. 36. dicat assertiuè; *Mi ricordo, che allora non vi erano Venti quando retrocesse, & andò in Mare detta Piramide*, cùm sit vnicus, nec stare potest in concursu alterius, qui vti dixi, fuit examinatus ex Officio, & se conformat cum assertione P. Caraffæ; Alijque d. Interrogatorium non euacuant, solumque VII. pag. 89. §. 11. in fin. & pag. 90. in princ. & XI. pag. 100. §. 42. dicunt se non recordari, quod tunc efflarent Venti, quamuis d. XV. ex sola sua credulitate dicat, *Mi pare, che non menauano Venti.*

QVINTVM, & SEXTVM MIRACVLVM.

Ass. Liberationis Nicolai Gambacurtæ à Cęcitate cum repetita liberatione ab eadem iterum ei superuenta.

50 QVintum, & Sextum Miraculum geminatæ, seù reiteratæ restitutionis visus Nicolao Gambacurtæ in puncto probationis non modicas patiuntur difficultates, quarum prima est, Defectus examinis quinque Testium, qui fuerunt præsentes, nec de eorum prædecessu docetur, sicut docetur de trium aliorum, nempè Angelæ, & Anielli Cenatiempo affinium d. Nicolai, & Santilli Sillæ Chirurgi *vt in Summ. pag.* 117. §. 18. *pag.* 139. *ante* §. 47. *pag.* 141. *sub num.* 2. *circa finem, & pag.* 144. *sub* §. 2. Inter eos autem, qui nõ fuerunt examinati, nec iustificati tanquàm mortui, quinque fuerunt præsentes, sunt duo nempè Dorothea Serruta, Socrus d. Nicolai, & Anna Ciliberto eius Affinis, vt testatur dictus Nicolaus, *Summ. pag.* 111. §. 2. & 113. *sub* §. 10. & 14. & *alij Testes sub pag.* 117. *ante* §. 18. *pag.* 128. *ante* §. 34. *pag.* 138. *ante* §. 45. Item Marchionissa de Petrella, quæ adstitit Altari Beati tempore, quo

Æger

Æger viſum recepit, vt teſtatur XII. Sacriſta pag. 134. §. 42.

51 Secundò quià licèt Ioſeph. de Priſco fuerit præſens tàm primæ, quàm ſecundæ recuperationi luminis oculorum, vt deponunt Teſtes in *Summario pag.* 113. §. 10. *& pag.* 117. §. 18: vbi tamen Teſtis de dicta præſentia Ioſephi primæ Gratiæ non deponit aſſertiuè, dicendo = *Se male non mi ricordo, vt pag.* 122: §. 27:. *& pag:* 127. §. 33. *in fine, & pag.* 138. §. 44. *in fine*; Ipſe tamèn ſuper ſecunda ſolùm deponit ſe fuiſſe præſentem, *vt pag.* 142: *poſt princ.* quo enim ad primam recuperationem viſus deponit tantùm de auditu pag. 141. in fine. *Mi fù detto, che foſſe andato alla Chieſa &c. e che entrato &c. recuperò miracoloſamente la viſta.*

52 Aſſumendo verò Relevantiam quoad primum extremum morbi, dubitari non contingit, quod ejus eſſentia conſiſtit in eo, quod eidem Gambacurtę ob humiditatem contractam ex illius permanentia ſerotino tempore in Viridario, ſuperuenerit in oculis magna humorum effuſio cum ſanguine, prolapſo deniquè denſo quodam humore ad inſtàr panni, viſum impedientis, quem tres Periti nuncupant = *Catarate dette à grancio, & gotta ſerena*, vt dicit idem Sanatus *Summario pag.* 116. *ante* §. 16. & Teſtes in eo paſſim, qui paritèr in ſubſtantia concordant, quòd ægritudo inceperit ſub finem Iunij, & durauerit per ſex circitèr menſes, quodque tres Chirurgi illam habuerint ſi non incurabilem, ſaltèm difficilis curationis, vt ipſemet deponit *Summario pag.* 111. *ſub* §. 2. ibi = *Santillo Sia Chirurgo &c. diſſe fino da principio, che li ſembraua quaſi incurabile, nondimeno potendoci eſſere ſperanza di ricuperare la viſta ſe non in ambedue almeno in vno degl' occhi cominciò à ponerci vnacerta' acqua*, & pag. 116. in princ. = *li Medici &c: diſſero, che la cauſa del male era di difficile curazione*, ſubdit tamen = *diſperorono della mia curazione.*

53 Aduertendum tamèn eſt, quod illam diligentèr curarunt per dies 25. circitèr applicando medicamina exſiccantia, vt depoſuit ipſe Sanatus, & ſucceſſiuè cum aqua Marathri *per lo ſpazio di* 40. *giorni in circa, vt dict. pag.* 111. §. 4. *& III. pag.* 116. §. 17. *per ſeptem menſes* IV: *pag.* 121. §. 26: ibi = *Vi applicorno agl'Occhi alcuni medicamenti, quali continuati per cinque meſi in circa &c. pag.* 137. *ſub* §. 44. ibi = *Inteſi che* (Chirurgus Santillus) *diſſe, che quèſto male era incurabile, però diede qualche anza di poter ſanare*, & ſubdit plura adhibuiſſe medicamina, quæ ibi exprimit Chirurgus Robuſterius XVII. Teſtis pag. 244. num. primo. = *e queſta cura io la continuai per lo ſpazio di due meſi in circa, e perche io viddi &c. non haueua cagionato giouamento &c. conſultai &c. che ſi mandaſſe a chiamare il d. Santillo Sicca Profeſſore particolare degl'occhi &c.* qui ſucceſſiuè curam vt ſuprà continuauit, & Petrus de Mattheis alter Peritus pag. 146. circà med. ibi = *ci applicai lo Spirito di Sale armoniaco, cioè il fumo di detto Spirito, & vn' Acqua compoſta di Solimato &c.* Erit igitur Medici ex Officio deputati expendere indolem Morbi, & an prædicta Medicamina fuerint apta confortare partem læſam, & ità ad recuperationem viſus parare viam, vt temporis intervallo potuerit per illorum efficaciam remoueri obex ab oculis, & æger lumen recipere.

54 Pro quo tamèn conſiderari poteſt, quod ſe feruidè commendan-

do ejus interceſſioni lacrymæ redundarunt ex ejus oculis, vt dicunt Teſtes *Summario pag.*122.§.28. *&* §.35. ibi = *con molte preghiere, e lagrime &c.* §. 37: = *non ſenza molte lagrime* §. 39. *pag.*130. *&* §.41: *pag.*133. *in fine pag.*134. = *raccomandandoſi con gran lagrime &c: & pag.*139:§.48: & iſte magnus fletus interuenit etiam pro ſecunda aſs.recuperatione viſus, vt ipſe ait *pag.* 115. §. 15. ibi *hauendo pianto tutta la mattina &c.* ex quibus fortè potuit ille humor, ſeù tegumentum diſſolui.

55 De inuocatione Beati ſaltèm vltimo loco facta antè recuperationem viſus, dubitari poſſe videtur, in ea enim concordant omnes Teſtes; Verum quidèm eſt, quod præcedentèr fuerunt inuocati alij Sancti, & in ſpecie Sanctus Antonius, & Sanctæ Animæ Purgatorij, vt ipſe Sanatus dicit *pag.*112.circà finem, imò etiàm poſt ſecundam ſanationem, in gratiarum actionem dictis Animabus eleemoſynam elargitus fuit *pag.*115. *circà fin. & alij Teſtes* §.22. *pag.* 123. §:30.*pag.*124. *poſt med.* ibi = *In preſenza mia inuocò S. Lucia, però principalmente ſi raccomandò dopoi al detto B.Giacomo pag.*140 *in princ.pag:*141. *circa med.* = *& in dd. due volte prima ſi era raccommandato ad altri Santi &c. pag.*142. *circa med.& pag.*143. *poſt initium* ibi = *bò inteſo, che ſi raccomandaſſe anco ad altri Sauti, cioè à S. Lucia, & all'Anime del Purgatorio*, & tandèm ipſe Æger dicit *pag.*115. §.15. quod poſt deperditum denuò viſum, ſibi applicauit Agnum Dei cæreum ſan.mem.Innoc.XI. ibi = *eſſendomi ſtato mandato da Monſignor Veſcouo di Sarno vn' Agnus del Papa Innocenzo XI: l'applicai alla teſta vnitamente con vna cartella, oue era la figura del B.Giacomo &c.* Verum tamèn eſt, quod hujuſmodi applicatio non peperit effectu m reſtitutionis viſus, dum idem Sanatus ſubdit *perſiſtendo ſempre la Cecità totale*, & proſequitur, quod poſt prandium fuit iterùm ductus ad Capellam Beati, & cum magno feruore reiteratis precibus recuperauit viſum in inſtanti, redijtque domum ſuis pedibus abſque auxilio.

56 De ſecundo extremo ſanationis ſaltèm perfectæ reſpectu primæ aſs. reſtitutionis Viſus, poteſt etiam dubitari, ex quo Chirurgus Santillus dixit eidem Nicolao, quod in Oculo ſiniſtro = *Vi oſſeruaua vn poco di colore ceruleo, & inoltre nella parte eſteriore vn poco di carne creſciuta &c: ità* IV. *pag.*125.*circa med.* & V. *pag.*127. §.35. ex quibus veſtigijs de imperfecta ſanatione ambigi nequit, & propterea d.Santillus medelam adhibuit ad ea tollenda, & ad confortandam paritèr potentiam viſiuam, ex quibus prouenit reincidentia in cæcitatem, vt deponit ipſe ſanatus *pag:*13.§.15.*& concordant* III.*pag.*117.§.20. *&* IV.*pag.*123. §.29. V.*pag.*127. §.36. VI, *pag.*131.*circa princ.*XII. *pag:*135. *in princ.*XV; *pag.*139.§.47.*&* II. *pag.*142. *in princ.*

57 Itaquè vnica vis conſtituenda videtur in ſecunda reſtitutione viſus poſt iteratum aeceſſum ad Capellam cum inuocatione Beati, vt dictum eſt; de hac enim deponunt ſatis concludentèr plures Teſtes ſuperiùs recenſiti, ſolùmque aliqua dubitatio forsàn oriri poſſet ex eo, quod de hac non deponant duo Chirurgi adhibiti ad curationem; exindè enim conſurgit inueriſimilitudo, quod cùm ipſi attribuerint Miraculo liberationem, nihil, dicant de reincidentia in cæcitatem.

VII.

VII. assertum Miraculum sanati Tumoris in Brachio dextero Ignatij Auelloni.

58. IN puncto probationis nullus habetur Medicus, qui examini se subiecerit, licèt enim Peregrinus de Peregrinis vnus ex prædictis de tempore confecti Processus iam faro functus esset, non tamen probatur prædecessus aliorum, quos adhibitos fuisse ad curam ægri probarur *à XX. Teste Sum.* 149. §. *primo*, ibi = *si chiamorono li Medici, e frà li altri Pellegrino de Pellegrini Medico Chirurgo ora morto, & à XXI. pag.* 151. *in princ.* ibi = *li Medici, che veniuano alla di lui cura, & pag.* 152. §. 9. = *li Medici che furono più &c. & à XXII. pag.* 153. *sub* §. *Iuxtà* 10. ibi = *Secondo il parere de Chirurgi &c.* Ideoque firmari tutò non potest species, & indoles Morbi, ac per consequens neque stabiliri, an esset ope naturæ, & medicaminum sanabilis, præcipuè quia d. Peregrinus anteà dixerat, esse Posthemam, subindeque opinionem mutauit dicens, quod non erat, non tamen explicauit, in quo consisteret, vt videre est *pag.* 149. §. 2. ibi = *disse, che potena essere postema, e poi &c. e che non era postema*.

59. Rursùs de VI. & XXII. Teste nulla est habenda ratio: Non de VI. quia vltra quod est de auditu, & discrepat in pluribus à Testibus ocularibus, vt ex lectura eius depositionis *pag.* 153. §. 1. & 2. detegitur satis clarè non informatus. Minùs de XXII. quia paritèr est de auditu: Minusque etiam ratio videtur habenda de XXVI. Sorore sanati, quia cùm testetur de facto, quod dicit euenisse = 28. *anni sono pag.* 152. *d.* §. 9. ipsa tùnc erat annorum sex, cum de tempore examinis haberer ætatem annorum 34. tantùm; Idemque procedit respectu Placidi XX. Testis Frarris sanati, qui de tempore sui examinis erat annorum 12. tantùm, ducto calculo à 28 annis prædictis ad annos 40., in quibus se dicit constiturus de tempore examinis, proindeque nec *istis* duobus vlla fides est adhibenda tanquam deponentibus de facto sequuto in puerili ætate, *Farinac. de Testib. quæst.* 58. *nu.* 1. Præterquam quod dicta XXVI. Testis non est de visu, nisi in eo quod post ass. sanationem vidit suum Fratrem Ignatium manu, olim læsa, scribentem: in cæteris verò liquer eam esse de auditu.

60. Restringitur igitur respectu sufficientis ætatis tota probatio ad vnum tantùm Testem, nempè XXI. domesticum sanati, qui paritèr non est idoneus nisi pro Inuocatione Beati, cui fuit præsens; Cæterum quoad primum extremum solùm dicit = *che d. Ignatio portaua il suo braccio infermo legato al petto*, vt *d. pag.* 151. *in princip.* Quinimò in alia eiusdem depositione non data in *Summ.* quæque est in *Proc. fol.* 667. *terg.* dicit se nunquam vidisse brachium infirmum ægri, ibi = *Interrogato deue dire, che io mai viddi il braccio di d. Ignazio Auellone nudo &c. vedeno bensì che lo portaua legato al petto, e sentiuo che si lamentaua, che ci sentiua gran dolore.* Nec erit est idoneus quoad secundum extremum, quia in *Summ. pag.* 151. *circa med.* deponit tantùm de auditu, ibi = *e dicteuano, già hà comin-*

minciato à muouere il braccio, e dopo sentij dire &c. che il d. Ignatio era totalmente guarito di detto braccio &c. e questo fù fra quattro, ò cinque giorni : idemque repetit *in Proc. fol. 169. ter.* ibi = *e non mi ricordo precisamente frà quanti giorni megliorò in tutto, ma bensì mi ricordo, che furono quattro, ò cinque giorni in circa*, eum quo consonat d. Soror *pag.* 152. in fine, & Frater *pag.*150. §.6., vbi quod post accessum ad Cappellam Beati = *la d. gonfiazione frà tre giorni suanì affatto, e restò il d. Ignazio totalmente guarito dal d. suo male tanto nel braccio, quanto nella mano*.

61. Igitur tàm ex defectu probationis, & certitudinis morbi, quàm instantaneitatis sanationis, operæ pretium non est vltra progredi ad ostendendam irreleuantiam prædicti septimi Miraculi.

VIII. assertum Miraculum Sanationis ab Epilesia Liborij Auelloni.

62. PRobari hoc prætenditur à septem Testibus datis in *Summ. à pag.*155. *ad pag.*169. Inter eos tamen vnus tantùm Medicus, nempè XXIV. *Summ. pag.* 165. *in fin.* fuit examinatus, licèt præd. Liborius curatus fuerit = *da vna corona, che si radunò di molti Medici*, qnique medicamenta adhibuerunt *per spatio di due anni &c.* vt in sua iurata, & authentica attestatione testatur Ianuarius de Bisogno *Proc. fol.*1225. *ter.* quem Testis VI. Sacrista Cappellę d. Beati dicit fuisse = *Fisico principale di questà Città &c.*, & ipse XXIV. *pag.*166. §.29. etiam testatur, ibi = *fui chiamato Io alla cura, come Medico ordinario della Casa, e vi fù chiamato anco il qu. Gennaro di Bisogno, & altri Medici, colli quali si fecero diuersi Collegij, seu Consulte, & applicassimo diuersi medicamenti al detto Liborio in diuersi tempi per lo spazio di 4. anni in circa, che durò la detta Epilesia &c.* Quodque voeauerint ad eurationem infirmi multi Medici vltra Ianuarium de Bisogno, & Carolum Fenia dicit XXII. Frater sanati *pag.*163. *in fin.* Esto igitur, quod d. Ianuarius de Bisogno non potuerit examinari, quia tempore fabricati Proeessus erat mortuus, vt dicit Carolus Fenia, alter Medicus examinatus in ordine XXII. *Summ. pag.*166. saltem dari debebat eius attestatio, quæ habetur in *Proc. fol.* 225. *ter.*, & ad quam attestationem se refert XII. Testis *pag.*156. post init., quęque cum non fuerit data in *Summ.* datur in obiectionali *num.*4. ad ostendendam animositatem Testium, de qua infrà §. *Ac multò magis*; Attamen debebant alij Professores ad examen vocari, dum, vt est dictum, plures adhibiti fuerunt ad curationem Infirmi, de quorum præobitu non constar.

63. Debilitat etiam probationem, discrepantia inter Testes; VI. enim Fr. Ludouicus ab Auersa Sacrista Cappellæ B. Iacobi examinatus sub finem anni 1699. supponit sanationem eueniſſe = *sette anni sono in circa &c.*, & sic de anno 1692. vt in *Summ. pag.* 156. *circa med.* E contrà verò alij Testes supponunt initium Morbi sub anno 1688. & sanationem de anno 1690. vt est XX. *pag.*188. *& seq.*

ſeq. §. 9. & 10. *XXII. pag.* 163. *poſt med.* Alij verò duo nempè XXIV. *pag.* 166., & XXVI. *pag.* 167. deponunt de initio morbi, vnus *da* 13. *ò* 14. *anni in circa*, & alter *da* 12. *anni in circa*.

64 Secunda diſcrepantia eſt in eo, quod Liborius iuerit aſſociatus ad Cappellam Beati per Decium domeſticum paternæ Domus non loquendo de alijs, qui eum comitati fuerunt, ità VI. *pag.* 156. §. 30. XX. *pag.* 159. §. 11. XXI. ipſe Decius *pag.* 161. antè §. 16., & *pag.* 165. *in princ.* Contrà verò ſupponit XII. Fr. Ludouicus ab Auerſa Sacriſta Cappellæ *pag.* 157. ante §. 7. qui dicit quod -- *Il d. Liborio venne in detta Cappella di detto Beato Giacomo colli ſuoi Fratelli, con il Creato, e con altri Parenti &c. & d. pag. in fine* ſubdit -- *Nel venire, che feci in detta Cappella l'haueuo viſto appoggiato da due perſone vno di quà, l'altro di là &c.*

65 Tertia diſcrepantia eſt inter d. XII. Teſtem, qui ait Liborium aſſociatum fuiſſe ab omnibus Fratribus, *vt d. pag.* 157. ibi -- *Venne in detta Cappella con li ſuoi Fratelli &c.* & XX. vnum ex dd. Fratribus dicentem *pag.* 159. *poſt med. mandai ſubito detto mio Fratello accompagnato da vn mio gentiluomo*. Cum quo etiam concordat alter Frater XXII. Teſtis *pag.* 165. *in princ.* dicens miſiſſe Fratrem, poſteaque ſe contuliſſer ad Cappellã, & inueniſſet Liborium ſuper Altare Beati.

66 Quarta diſcrepantia eſt circa tempus quo Liborius ſuperuixit poſt adeptam ſanationem; nam VI. *pag.* 156. §. 4. dicit per duos annos ibi -- *E d'allora in poi ſino à due anni, che viſſe non patì più di detta Epileſia di mal caduco, e ne ſtiede ſempre libero in dd. due anni, che viſſe, perche poi ſe nè morì di altra infermità &c.* ſecus verò alij Teſtes, qui dicunt ſuperuixiſſe longiori tempore, vt in *Summ. pag.* 160. §. 13. ibi -- *Mai più li venne detto male in tutto il tempo, che ſoprauiſſe, che furono da anni* 5. *ò* 6. *in circa dopò detta recuperazione di ſalute &c. pag.* 162. §. 19. ibi -- *Dopò la qual miracoloſa ſanazione il detto Liborio ſoprauiſſe per lo ſpazio di* 5. *anni in circa &c.* quod repetit *pag.* 163. *in princ. Item pag.* 165. §. 27. ibi -- *E ſino che morì detto Liborio, che furono* 5. *ò* 6. *anni doppo riceuuta la detta grazia, non patì più li dd. moti &c. & pag.* 169. §. 35. Teſtium autem inter ſe collidentium fides non modicum labefactatur ex ſuperiùs allegatis, & ex *Rota dec.* 261. *num.* 8. *part.* 18. *recent. tom.* 1.

67 At multò magis debilitari videtur fides trium Teſtium, nempè VI. XII. & XX. ex nimia animoſitate, qua aſſerunt audiuiſſe à Medico Ianuario de Biſogno morbum Liborij eſſe inſanabilem, eiuſque ſanationem miraculoſam, vt videre eſt *Summ. pag.* 155. *in fine*, & 156. §. 5. vbi VI. ſubdit -- *Si come l'accennato Gennaro di Biſogno n'hà fatto publico atteſtato è ſtimò miracoloſa detta ſanazione*; Item *pag.* 158. vbi XII. poſt initium mentionem facit de d. Inſtrumento publico, ad quod ſe refert circa credulitatem, quod morbus eſſet incurabilis, & *pag.* 160. vbi XX. ſub §. 14. ſupponit, quod ſanatio Liborij -- *era vn'euidente miracolo di detto Beato Giacomo, perche naturalmente non poteua ſanare &c.* Hoc autem trium Teſtium ſuppoſitum longè diſtat à veritate expreſſa in dicta atteſtatione Chirurgi Ianuarij, qui quidem dixit in ea *Proc. fol.* 1226. *in princ. & in Summ. Obiectionali Num.* 4. quod d. morbus -- *ſi giudicò di difficiliſſima curazione* (non autem incurabilis) *e come*

me tale ſi laſciò in guida della propria natura &c. per quæ verba ſupponit, quod ſaltem ope naturæ morbus erat ſuperabilis: & iuremerito, agebatur enim de Infirmo ætatis annorum 15. tantum, & aliis in toto decurſu ſuæ atteſtationis, de qua in *Summ. Obiectionali Num.* 4. nullibi legitur dictum Medicum habuiſſe pro Miraculo talem liberationem; Et propterea ex hoc capite nimiæ animoſitatis multum detrahitur eorum fidei, *Gabr. de Teſt. num.* 11. *Menoch. præſum.* 55. *num.* 3. *lib.* 3. *concl.* 1368. *num.* 2. *Caputaq. deciſ.* 276. *num.* 5. *part.* 3. congeſtis per *Farinac. quæſt.* 60. *num.* 36. *de Teſt.*

68 Hinc aditus aperitur ad detegendam irreleuantiam in ordine ad primum extremum, quod eſt ſubſtantiale; nam cæteroquin de Inuocatione, ac de inſtantanea ſanatione ab Epilepſia, proùt de continuatione ſanitatis reſpectu eiuſdem morbi pro tempore, quo Liborius ſuperuixit, cum nunquam ampliùs expertus fuerit prauos effectus, qui prius illum diù vexauerant, vix dubitari poſſit.

69 Quo enim ad dictum primum extremum; morbus non concluditur incurabilis tùm ex ſuperiùs dictis, tùm quia Medici nunquam à cura deſtitere, quouſque infirmitas durauit, vt habetur in præfata atteſtatione, ibi -- *furono continuati per ſpazio di due anni &c.* tandiù enim durauit morbus, *vt in Summ. pag.* 159. §. 10., *& antè* §. 15. *continuò queſto male per lo ſpazio di due anni in circa, ità pag.* 162. §. 20., *& pag.* 164. §. 24., & clariùs præ cæteris Teſtibus deponit XXIV. ex Medicis adhibitis vnicè examinatus, dum teſtatur *pag.* 166. §. 29. -- *Fui chiamato io alla cura, e vi fù chiamato anco il quondam Gennaro di Biſogno, & altri Medici con li quali fecimo diuerſe conſulte, & applicaſſimo diuerſi medicamenti al detto Liborio per lo ſpazio di quattro anni in circa, che durò la detta Epileſia &c.* En igitur applicatio medicaminum continuata pro toto tempore, quo morbus perſeuerauit, cui forſan potuit naturaliter attribui dicta ſanatio.

70 Quod autem attinet ad indolem morbi, & ad efficaciam medicaminum adhibitorum quouſque durauit morbus, & de quibus deponit d. Medicus examinatus *Summar. pag.* 166. §. 29. ibi -- *Trà gl' altri rimedij, che noi applicaſſimo alla d. Epileſia furno nelli principij di purgarlo, e ripurgarlo con pillole capitali, vſo del cranco Cumano, il ſale di ambra, ſe li diedero appreſſo li decotti di ſalza, con altri vegetabili capitali, e molte altre coſe, che giudicaſſimo &c.* remittitur ad cenſuram Medici ex officio deputati.

IX. aſſertum Miraculum ſanationis Victoriæ Sannellæ à Paraliſi in brachio, & manu ſiniſtra.

71 Occurrunt primo loco aliquæ diſcrepantiæ orientes ex Iuſtificationibus *in Summ. datis à pag.* 173. *ad pag.* 193. In Inſtrumento enim deſuper confecto dicta die ſanationis in ipſamet Cappella Beati dicitur, Victoriam feciſſe itriſionem de ijs, quæ ſibi enarrauerat Anna Tardia circa annuam mutationem veſtium fieri ſolitam

ſolitam Beato, eiuſque Corporis flexibilitatem, & perduraſſe in huiuſmodi irriſione per menſem, quo expleto paſſa fuerit apoplexiam in Brachio, & manu, deperdito motu, & ſenſu *pag.* 173. *in fine*; At examinata dicta Victoria authoritate Apoſtolica eſt ſibi contraria ex duplici capite,

72 Primo quia *pag.* 177. §. 3. aſſerit attractionem ſibi contigiſſe per ſex menſes, antequam ipſa irrideret enarratam veſtitionem Beati; Eſtque inſuper in dicta atteſtatione contraria cæteris Teſtibus aſſerentibus attractionem contigiſſe poſt antedictam irriſionem, vt XIX. Sacriſta Cappellæ *Summario pag.* 181. *circa med.* ibi = *In caſtigo Dio Benedetto l'haueua mandato la detta cionchia*, XXVIII. Frater ipſius Victoriæ *pag.* 184. *ante med.* ibi = *Fù ſtimato vommunemente &c. che ciò fuſſe occorſo &c. per la deriſione, e beffe &c. VI. pag.* 188. *ſub* §. 6. *XXIX. Soror Victoriæ pag.* 190. §. *primo, & de publica voce, & fama FXXVII. Medicus pag.* 193. *in princip.*

73 Secundò quia ipſa Victoria in dicta depoſitione dicit ſub dicto §. 3. huiuſmodi enarrationem fuiſſe ſibi factam à Lucretia eius Sorore, ibi = *Et eſſendo paſſati ſei meſi in circa, che io ſtiedi così cionchà, & attratta di detto mio braccio ſiniſtro, un giorno detta Lucrezia mia Sorella mi diſſe &c. raccomandateui al Beato Giacomo &c. mentre benche morto, quando ſe li muta l' habito vecchio &c. ſi fà alzar le braccia &c. Il che non credendo io non diedi fede alle parole di mia Sorella, mà più preſto le preſi in burla, e deriſione &c. XXIX.* verò Teſtis *pag.* 190. *in princ.* dicit huiuſmodi ſermonem de veſtitione Beati habuiſſe cum Victoria = *Vna certa Donna vecchia chiamata Betta, ſeù Eliſabetta &c.*, & propterea his duabus Teſtibus fides non eſt adhibenda, multòque minùs dictæ Victoriæ tanquam ſibi iterùm, iterùmque contrariæ ex allegatis per *Rot. deciſ.* 753. *num.* 14. *part.* 18. *recent.*

74 Idem dicendum eſt de XXVIII. Teſte germano fratre dictæ Victoriæ, dum dicit, quod eadem de tempore contractæ paraliſiæ eſſet ætatis annorum 25. *Summario pag.* 183. *in fine*, ibi = *Eſſendo detta mia ſorella allora giouane, e zitella di anni* 25. *&c.* In contrarium enim aſſertio ipſiuſmet Victoriæ dicentis in ſua depoſitione, quod tunc erat ætatis annorum 18. circitèr, & concordat *VI. pag.* 187. §. 1. *XXIX. Soror eiuſdem Victoriæ pag.* 193. *in princip.*, & *XXXVII. pag.* 192. §. 5. loquens de annis viginti circiter.

75 Circa tempus, quo dicta Victoria liberata fuit, concordant omnes Teſtes dati Summario, id contigiſſe de anno 1687., & ſic per 13. annos ante illorum examen, vt *pag.* 176. §. *primo pag.* 179. *num.* 3. *pag.* 180. *in fin. pag.* 183. *circa med. pag.* 187. *in princip.*, & *pag.* 192. *in princip. &c.*. *At VII.*, & *XXXII. non item*; *Nam VII. Proc. fol.* 338., & *ſeq.* de auditu à fratre ſanatæ dicit ſanationem contigiſſe = *da cinque anni in circa &c. XXXII. verò Proc. fol.* 835. dicit contigiſſe = *da* 5. *in* 6. *anni in circa &c.*, & ſic ex illis infertur actus ſanationis ſub annum 1695. non verò anno 1687. vt dicunt dd. Teſtes in Summario dati, proindèque non in modico labefactatæ remanent horũ Teſtium depoſitiones in cæteris; Teſtes enim in vno ſuſpecti redditi, redduntur in omnibus ex congeſtis à *Baiard. in addit. ad Clar. quæſt.* 53. *verſ. Sed quæro*,

& in regula, quod Teſtes falſum dicentes circa tempus, tunc dicuntur falſum dicere in ſubſtantialibus, ex congulatis per *Farin. de Teſtib. quæſt. 67. num. 140.*

76 Concurrit etiam alia diſcrepantia inter Teſtes, quæ conſiſtit in eo, quod recurrente Victoria ad Patrem Guardianum Conuentus S. Franciſci Piſciottæ eius Patriæ, Pater Guardianus brachio, vt ſupra læſo applicauit Biretum Beati, ad quam applicationem Victoria = *Moſſe il detto braccio, & aprì la detta mano, e poi immediatamente tornò ſtroppio, & cioncho con la ſteſſa mano ſerrata conforme il ſolito &c.* vt eadem Victoria deponit in dicta atteſtatione extraiudiciali *Summario pag. 174. poſt init.* cum qua atteſtatione concordat XXIX. Soror eiuſdem Victoriæ *pag. 191. in princip. & XIV. Confeſſarius Proc. fol. 515. tergo*, ibi = *che allora il detto braccio offeſo di detta Vittoria tremò, e ſi diſtaccò un poco dal ſuo petto da ſe, mà poi tornò al ſuo ſito, e nella mano ſe ti aprì il dito groſſo, e conforme prima era dentro il ſuo pugno, poi vſcì fuori di detto pugno.* Examinata verò authoritate Apoſtolicâ *pag. 177. in fine* dicit tantum quod = *ſubito che applicò il detto Berretino &c. cominciò ſubito à tremare detto mio braccio, qual moto di tremare, durante la detta cionchia, mai l' haueua fatto* non expreſſa circumſtantia reditus brachij ad primæum ſtatum, ſicuti expreſſit prima vice in dicta ſua atteſtatione, & ità deponit XIX. Sacriſta *pag. 181. in fine* ibi = *li tremò il detto braccio, e ſi ſtaccò vn poco dal petto, il che fù due volte, moto, che non haueua mai fatto dopo cionchato &c.*

77 Obſeruandum eſt enim, quod licet Victoria antecedenter in Patria ſua imploraſſet auxilium Beati, dum P. Guardianus Piſciottæ applicuiſſet eiuſdem biretum = *non ne ſorti alcun effetto*, et *pag. 189. in princip.* In contrarium tamen, quod nempè in prædicto caſu applicationis bireti, Brachium ægræ motum fecerit, vrgent Teſtes ſuperiùs adducti in §. *Concurrit etiam &c. & ſeq.*

78 De Inuocatione, & de inſtantanea recuperatione ſenſus, & motus in brachio ad præſentiam Beati Corporis ambigi nequit, prout nec de duratione morbi per ſex circitèr menſes, neque de indole ægritudinis conſiſtentis in ariditate brachij carentis ſenſu, & motu per d. tempus nunquam remiſſa, non obſtante efficacia medicaminum, quæ fuerunt applicata; In his enim vnanimitèr conſpirant omnes Teſtes, vt ex lectura Summarij *à pag. 173. ad pag. 194.*

79 Releuantia tamen huius aſſerti Miraculi videtur poſſe debilitari ex duplici capite.

80 Primum eſt, quod prædicta attractio brachij non fuerit producta à cauſa naturali, ſed ſupernaturali in pœnam temeritatis, qua Victoria illudebat, & irridebat, quæ ſibi enarrabantur de noſtro Beato, vt ipſamet innuit in atteſtatione *pag. 174. in princ., & alij p. 181. poſt med.* ibi = *l'era venuto per caſtigo di d. errore p. 184. circa med. = ſi ſtimato communemente che ciò fuſſe occorſo per la deriſione, e beffe &c.* ità Medicus *pag. 196. in princ. = era incorſa in detta cionchia di braccio per eſſerſi burlata*, & XXVII. de auditu ab vno ex Medicis dicit *Proc. fol. 773.* quod dictam infirmitatem = *che fuſſe coſa ſopranaturale &c.* Quo firmato, pro Miraculo aſtrui non poſſe videtur, quod ſcilicèt morbus cauſatus à ſupernaturali potentia ab eadem tollatur, per quas enim cauſas res naſcitur, conſentaneum naturæ eſt, quod per eaſdem diſſoluatur ex generali

axio-

axiomate non minùs à Theologicis, quàm à Iuriſconſultis communitèr recepto; Exemplum habemus apud *Luc.* 13. 31. *de Muliere = qua habebat ſpiritum infirmitatis, cui Ieſus cum manus impoſuiſſet, confeſtim erecta eſt*, ibique ea ſubnectitur ratio, quod eam, quam alligauerat ſatanas, per potentiam ſupernaturalem ſolui oporteret à vinculo iſto; proindèque hæc liberatio à prædicta attractione, cum non fuerit directa ad demonſtandam Sanctitatem Beati, ſed ad vltionem præfatæ temeritatis Victoriæ, recipi non poſſe videtur in ratione vèri, & proprij Miraculi, ſicuti non recipiuntur ab hac Sac. Congregatione vti Miracula, liberationes abſeſſorum ab immundo Spiritu.

81 Quodque id eſſet genus morbi, quo detineretur Victoria, facit præſumere ille magnus ſudor peſſimè olens, qui è brachio eiuſdem effluxit tempore, quo illud ſolutum, & liberum remanſit, de quo ipſa teſtatur in ſua depoſitione *Summario pag.* 179. *ſub* §. 13., ibi = *Trà tanto per detto mio braccio ſiniſtro, e ſua mano vſcì vn ſudore così grande, che le goccie ſcorreuano à baſſo, & io mi accorſi che tutto detto mio braccio, e mano erano bagnate dal detto ſudore, e la detta mano, che era ſtata tanto tempo ſerrata, ſcaturiua vna puzza brutta* hic enim fœtor, vt paſſim habentur exempla, eſt effectus deſignatiuus præcedentis Inſidentiæ maligni ſpiritus in ea parte, è qua ſcaturiuit.

82 Alterùm caput eſt, quod quatenùs Victoria contraxiſſet morbum ex cauſa naturali, ex prædicto emanato ſudore forſan huiuſmodi ehriſis ope, naturalitèr ceſſare potuiſſet, quod tamèn iudicandum relinquo peritiſſimo Medico deputato ab Eminentiſſimo Ponente; De hoc autèm ſudore dubitari non poteſt nedum ex dicta depoſitione Victoriæ, ſed etiàm aliorum Teſtium *Summario pag.* 186. *in princ.*, ibi = *Oſſeruai il detto braccio aſſais inacquato, ò ſudato pag.* 191. §. 4. = *Dal quale vſcì vn gran ſudore, & pag.* 193. §. 4. vbi habetur circumſtantia, quod antequam diſſolutus fuerit morbus, præceſſerat ille magnus ſudor, ibi = *Qual ſi diſciolſe totalmente con eſſerſi prima oſſeruata quantità grande di ſudore emanato gli da tutto il braccio, e ne reſtaſſe totalmente libera, e ſana.*

X. Miraculum aſſ. ſanationis Luciæ Tramæ à ſimili morbo.

83 POterat omitti ex patenti defectu probationis, præſertim primi extremi, ſuper eo enim non fuerunt examinati Medici, non Frater Luciæ informatus, & præſens aſſertæ miraculoſæ ſanationi, non ipſa ſanata, non deniq; Marchioniſſa de Piſciotta, penes quam XII. Teſtis *Sum. pag.* 197. §. 13. ait commoratam eſſe ſanatam per 40. dies, ſed quod peius eſt illi duo tantum Teſtes qui dantur in Summario tamquam de viſu; nempè VI., & XII. ambo Saeriſtæ Cappellæ dicti Beati, nihil concludunt ſuper dicto primo extremo morbi; ex eorum enim lectura apparet nihil deponere de propria ſcientia circa præſuppoſitam attractionem brachij dexteri dictæ Lueiæ, ſolumque eam vidiſſe eodemmet mane, quo acceſſit ad Cappellam Beati, ac ſub quo aſſeritur fuiſſe ſanata, vt videre eſt

Summario à pag.195. ad 198.; Et circa ſecundum extremum vterque ſe refert ad Inſtrumentum publicum ſub eadem die confectum ſuper aſſerta inſtantanea ſanatione *pag.196. §.4.*, *& pag.198. poſt init. quod non fui datum.*

XJ. & XJJ. aſſerta Miracula ſanationis Hieronymi Franciſci Barberini à natiua pedum inuerſione, & ab Angina, ſeù muſculorum gutturis inflammatione.

84 HÆc non ſunt vnitim, ſed ſeorſim conſideranda, vt melius dignoſcatur vtrum ſubſiſtant in ratione Miraculi.

85 Loquendo igitur de prima aſſerta ſanatione Inuerſionis Pedum, qua laborauit Puer à natiuitate, eſtò ſine veri præiudicio, quod eſſet Miraculum, non tamen poſſet dici patratum ad interceſſionem Beati, aduertendo, quòd per ſeptennium continuauit in huiuſmodi pedum impedimento, abſque eo, quod vllo vnquàm tempore nec Puer, nec Parentes eius inuocauerint dictum Beatum, ad quem ſolùm habuerunt recurſum occaſione morbi Anginæ, & febris malignæ ſuperuentæ, de quibus infrà, & ad hunc effectum, vt liberaretur à morte imminente, ità quòd per totum Summarium nullum habeatur veſtigium Inuocationis pro reportanda facultate rectè ambulandi, ac proindè ex defectu Inuocationis, non poſſe hoc aſſertum Miraculum tribui dicto Beato, deducitur ex *Cardin. de Laur. de Mirac. diſp.20. art.25. §.2. pag.634. & 636. n.1103.*

86 Diximus ſine *veri præiudicio*, quià ſeorſim à præfato motiuo vrget defectus tùm Probationis, tùm Releuantiæ.

Probationis quià ſuper præfata imperfectione non fuit examinatus Aeger, nec aliquis Medicus, ſeù Chirurgus, & in ſpecie duo, quos Pater XXV. Teſtis memorat, *Summ. pag.203. §.1.*, ibi = *Vn Barbiero prattico chiamato Maeſtro Giuſeppe Groſſo, che è huomo da bene &c. il quale ci inſegnò vn Chirurgo, che non mi ricordo bene come ſi chiama, e detto Chirurgo venne in caſa noſtra, e viſto li piedi del Figliolo li toccò colle ſue mani*, ideòque qualitas morbi manet in obſcuro; minùſue fuerunt examinati Frattes, & Sorores, de quorum exiſtentia conſtat *ex Summario pag.211. num.3.*, ibi = *gli Figli così maſchi, come Femine di detto Sign. Gio. Battiſta &c.* vndè ſuper primo extremo ſolùm deponunt Genitores, & Pedagogus ſanati *à pag.203. ad pag.211.*

87 Vrget etiam defectus Releuantiæ tùm quia d. Pedum intorſio non fuit fortè imperfectio prouenies à natura, ſed à Demone mediatè, vel immediatè, vt ingenue faſſus fuit Pater XII. Teſtis *Proc. fol.480.*, ibi = *Che d. Franceſco ſuo figlio era ſtato guaſto di ganbe, e piedi &c.* & fortè hìc tendit depoſitio Teſtium, de quibus infra,

infrà ; reſpectu alterius aſſerti Miràculi in §. *Minùſuè &c.* , dum dant intelligere ſe ſe habuiſſe tanquàm opus Dęmonis illam muſcarum excurſionem ſuper vultu, & ore ſanati : tùm quia nullibi in Summario iuſtificatur, quòd pedum rectificatio contigerit in inſtanti ; illam enim Teſtis fatentur non agnouiſſe, niſi poſtquàm æger ſanitatem à dicta Ancina, & febri recuperauit, ſtratumque reliquerit, vt Pater Teſtis XXV. *in Summario pag.*205. *ſub* §. 14. & XXJ. *Mater dicti Sanati pag.*207, *ſub* §. 20. = *dal primo momento, che ſi alzò da letto, e caminò, ſe li raddrizzorno li piedi &c. coſa, che ci fè ſtupire, perche hauendo cereata la grazia al detto Beato, che fù la ſalute, e liberazione dalla morte, che ſtaua à pericolo, ci fè l'altra grazia impenſata di raddrizzarli li piedi &c.*Itâ *pag.*209.§.29. *pag.*210. *poſt med. & pag.*213. §.6.

88 At non ſolùm excluditur inſtantaneitas per argumentum negatiuum, verùm etiam per poſitiuam Patris depoſitionem, de qua in *dicto Summario pag.*205. §.14. = *mio figliolo cominciò ancora à migliorare notabilmente nelli ſuoi piedi ſtorti, caminando da tempo in tempo pian piano ſempre meglio, e più dritto, à ſegno che paſſato qualche meſe li detti piedi &c. ſi raddrizzorno dall'in tutto &c.* & ipſi etiam met Poſtulatores fatentur *in Informatione pag.* 201, §. *Non obſtat &c.* Inſtantaneitatem deficere,

89 Ex his cùm deficiant Inuocatio, examen Peritorm, & Inſtantaneitas parùm videtur immorandum ſuper hoc aſſ. Miraculo.

XJJ. aſſ. Miraculum ſanations eiuſd. ab Angina, ſeù Jnflammatione Gutturis.

90 DE tempore, quo duranit hic morbus ſolus Pater Sanati *Summ. pag.* 204. §.8. dicit = *per lo ſpazio di* 12. *giorni*, alij verò Teſtes non ſpecificant prædictam durationem, vndè cùm remaneat vnicus nihil probat ex vulgatis, non obſtante, quòd *XXXIII. Summario pag.*128. *ſub* 25. dicat = *e queſto durò per più giorni, quia* hæc pluralitas verificari poteſt in duobus, vt per *l. vbi numerus, ff. de Teſt. cap. Pluralis loeutio* 40. *de reg. Iuris* dicunt *Maſcard. de probat. concl.*838. *num.*12, *Eſcobar. de ratioc. cap.*18.*num.*43. *Rota dec.*528. *n.*3. *par.*1. *Recent.*

91 Præterquamquod iſte Teſtis detegitur animoſus, dùm dicit medicamina Puero febricitanti fuiſſe facta per Ioſephum Soldanum, *Summario pag.*209. *in princ.* = *& io lo viddi, e queſte applicazioni paſſorno per mano del Barbiero Maſtro Giuſeppe Soldano da me conoſciuto per prima &c.* quod eſt contrà veritatem facti, dùm XXXV. Dominicus Violantes Teſtis de facto proprio dicit pər ſe ipſum fuiſſe applicita *Summario pag.*213. *ad* 4. ibi = *fui chiamato dal detto Gio: Battiſta* (Pater Sanati) *che io andaſſi in ſua Caſa ad applicare le Ventoſe à ſangue à d. ſuo figliolo infermo &c. e ci è me lo diſſe ad hore due di notte &c. andaſſimo aſſieme in detta ſua Caſa, li applicai ſubito le dette Ventoſe à ſangue &c & il giorno immediatamente ſeguente vi andai di nuouo &c. per douerli applicare vn-*

gal-

gallo ſpaccato in Teſta &c. & hoc eſt adeò verum, vt ipſe Ioſeph Soldanus teſtificetur, ſe quidèm fuiſſe vocatum, ſed dicta medicamina non applicuiſſe, & dat rationem *pag.*210. *ſub num.*2. = *perche ero d'età, e pioueua, eſtauo poco bene, non ci potei andare, &c.* & propterea tamquàm nimis animoſus, & falſus in vno, falſus ſupponitur & in cæteris, ſiuè ſcientèr, ſiuè ignorantèr falſum depoſuerit, *Farinac. de Teſtib. qu.*67. *n.*141.

92 Magiſque creſcit contrarietas inter hos tres Teſtes, dùm dictus Ioſeph Soldanus deponit, quòd vice ſui = *c'andò vn'altro Barbiero chiamato Maſtro Martio, aliàs Mappello*, cum quo videtur concordare Matrem Sanati *pag.*206. *ſub* §. 17. *ibi* = *e le fece vn Maſtro Barbiero chiamato Mappello Violante &c.* Ergò ſecundùm hunc trigeſimum Teſtem, & 31. Matrem ſanati, nec ipſe, nec Dominicus Violantes applicauit medicamina, exindèque tanquàm ſe ſe inuiçem collidentes nihil probant ex deductis penès *Rot. dec.* 261. *n.*8. *par.*14. *rec. tom.*1.

93 Nec omittendum, quòd prætermiſſum fuit Examen cuiuſdam Magdalenæ vocatæ in conteſtem à Patre *pag.*204. §. 8. *ibi* = *vna Donna Lauandara che pratticaua in Caſa chiamata Madalena hora viuente &c.*

94 Citcà Releuantiam verò vis fieri non poteſt in eo, quòd præ Angina fuiſſet ægri deſperata ſalus: Tùm quia hac eadem ægritudine infirmati erant omnes de illa Domo, & valetudini priſtinæ reſtituti, vt ait idemmet Medicus *dicta pag.*211. *tom.*1. *ibi* = *Ritrouai Infermo Marc' Antonio Cieri &c.* (qui eſt 33. *pag.*208.) *dell'iſteſſo male d'Ancina li Figli, così Maſchi, come Femine di detto Sig. Gio: Battiſta, come anco eſſo, e ſua Moglie, frà gli altri ſuoi figli fù Franceſchiello &c. gli altri Infermi tutti ſi reſtituirno alla priſtina ſalute, mediante li medicamenti da me applicati, ſolo il detto Franceſchiello &c. ſempre ſi vedeua impeggiorare &c.* cùm igitur ab eodem genere morbi omnes de dicta Domo fuerint ſine Miraculo liberati, ſignum euidens eſt, quòd inſpecta indole Morbi, ſinè Miraculo etiam liberari poterat dictus Franciſcus, præcipuè quia fuit opportuno tempore medelis adiutus, vt dicunt omnes Teſtes *Summario pag.*204. §. 7. = *Il Medico Aleſſandro Ambrogelli &c. li fece varij remedij, e trà gl'altri, li fece buttar le Coppelle à ſangue, li fece fare varij purgariſmi, e mettere vn Gallo in teſta ſpaccato, e continuò à viſitarlo, e darli remedij per lo ſpatio di dodici giorni in circa &c. pag.*206. *ſub* §. 17. = *furono chiamati Medici, trà quali Aleſſandro Ambroſelli &c. ci applicò molti medicamenti eſterni, & interni &c. vènne à gli vltimi rimedij, e li fece buttar le Coppe à ſangue &c. li ſpaccò vn Gallo viuo, e ve l'applicò in teſta, e tutti due li detti rimedij s'applicorno di fretta, e di notte per il pericolo, che ſi correua della vita &c.* (& ſic omni cũ diligentia &c.) ità *XXXIII. Summario pag.*208. *ſub* §. 25. *XXX. pag.*210. *circà med. XXXII. pag.*211. *in fine*, & *XXXV. pag.*213. *ſub n.*4.

95 Cùm ergò verſemur in ægritudine arte medicaminum, & natura ſanabili, maximè in Puero vegeti caloris, & ea quamdiù duranerit adhùc lateat, & cui fuit promptè, & opportunè conſultum per medelarum applicationem, non eſt cur tribuatur Miraculo eius ſanatio, ſiquidèm non eſt tribuendum Miraculo, quod ex cauſa naturali, ſeù artificiali poteſt euenire.

Vr-

96 Vrget etiam defectus inſtantaneitatis, dùm poſt applicationẽ Reliquiarum,& inuocationem Beati, ſtatim nõ ſequuta fuit perfecta Sanatio, ſed ſolùm æger ſenſit aliquod leuamen, vt habetur ex Teſtibus, & ſignantèr à Patre Sanati dicente *pag.* 204. §. 11. = *immediatamente dopo hauuta l'acqua del B. Giacomo, detto figliolo ſi ſollevò maggiormente cominciò à migliorare &c. dopo trè giorni di sì notabile miglioramento, il d. mio figlio buttò vna gran quantità di ſangue, e marcia &c. per bocca, e per il naſo, dal che ſgrauataſi detta ſuſſione ſi paſsò la febbre &c.* Mater ſimilitèr *pag.* 207., §. 20. ait = *frà pochi giorni ſtiede totalmente bene &c.* & §. 22. vbi quod Medicus reperiit ægrum = *notabilmente megliorato, & vſcito affatto di pericolo di morte &c.* & *XXXII p.* 209. §. 28. = *trà pochi giorni, che credo fuſſero ſtati* 4. *ò* 5. *ſi leuò da letto.* Ità etiam *XXX. pag.* 210. *de auditu à Patre circà med.* dicit = *dall' ora in poi migliorò,*& ipſe Medicus *XXXII. pag.* 212. *circà med.* ait = *l'oſſeruai li palſi, e lo trouai &c. quaſi netto di febbre &c.* Idemque deponit Religioſus non datus in *Summario*, qui petente Patre Sanati detulit Reliquias Beati *Pro.fol.*868. *ter.* ibi = *frà poco tempo il d. Franceſco ſi leuò dal letto, e ſtette bene dell' in tutto &c.*

97 Minuſuè reponi poteſt ratio Miraculi in ſuppoſito, quèd faciunt Teſtes dati in *Summ.*, nempè quod ad impoſitionem Reliquiarum Beati ſuper Puerum, muſcæ, quæ in ingenti agmine diſcurrebant eius vultum, ac in ipſomet ore Infirmi turmatim deliciebant, ſtatim aufugerint, itaut nec vna remanſerit, aut rediuerit, vt videre eſt in depoſitione *XXV. Summario pag.* 204. *ſub* §. 10. = *Immediatamente poſtogli la detta Berretta, ſe ne volorno le moſche, e ſparirno, e non gli vennere più, e queſto l' hò viſto, & oſſeruato io cogli occhi miei propriÿ &c. XXXXI. pag.* 207. §. 19. = *ſubito diſparuero le dette moſche, quali non più ſi viddero, & io lo sò, perche vi fui preſente, e lo viddi, & oſſeruai tutto &c.* & ità *XXXIII. pag.*209. §. 28.

98 Siquidèm non ità deponit ſupradictus Religioſus, qui applicuit prædictas Beati Reliquias, quique fuit de viſu, quoad vtrumque extremum *Proc. fol.*868. dicens, quoad æger ad tactum Reliquiarum Beati - *fece vn moto, come fuſſe vn tremore &c. cominciò à ſputare le moſche, che teneua in bocca, ſino che le cacciò tutte &c.* Vnde ad potentiam expurgatiuam non ad Miraculum referri poteſt muſcarum eiectio.

Quæ dicta ſint ſub Cenſura &c.

P. Bottinius Archiep. Myren.
Fidei Promotor.

NEAPOLITANA Canonizationis B. IACOBI DE MARCHIA

Ordinis S. FRANCISCI.

SVPER DVBIO

An conſtet de Miraculis, in caſu &c.

SVMMARIVM OBIECTIONALE.

ANNO à Natiuitate *Domini* milleſimo ſexcenteſimo nono indictione ſeptima, Die verò Martis tertia menſis Nouembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti. Anno eius quinto. Fuit facta viſitatio Sepulchri Beati Iacobi de Martchia Fratris Profeſſi Ordinis Minorum de Obſeruantia, & illius Saeri Corporis modo, & forma, prout ſequitur, cuius tenor eſt talis, videlicet.

Ex Proc. auth. Apoſt. confecto anno 1609.

Viſitatio Sepulchri B. Iacobi de Marchia d. Proc. fol 229.

In Nomine Domini Noſtri IESV Chriſti. Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem Domini milleſimo ſexcenteſimo nono, Indictione ſeptima, Die verò Martis tertia menſis Nouembris, hora decima octaua, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Quinto. Admodum Illuſtres, & Reuerendiſſimi in Chriſto Patres, & Domini, Domini Fabritius Gallus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Nolanus, & Don Aloyſius de Franchis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Viciequen. Iudices Remiſſoriales in huiuſmodi Cauſa Neapolitana Canonizationis Beati Iacobi de Marchia

per Illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos DD. Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi Prefactos, & in Cauſa præfata ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa ſpecialiter, & expreſsè deputatos, deputati, & nominati, vt in Literis Remiſſorialibus in principio huius Proceſſus regiſtratis continetur, inſtante Ill. Domino Marco Antonio Capograſſo ex Craſſis Sereniſsimi Domini Philippi Tertij Hiſpaniarum, & vtriuſque Siciliæ Regis Catholici, Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Octauij Tituli Sanctę Praxedis S.R.E. Cardinalis de Aquauiua Archiepiſcopi Neapolitani, necnon fideliſsimæ Ciuitatis Neapolis, & eius Illuſtriſsimorum Deputatorum, ac totius Religionis Minorum de Obſeruantia Procuratore, prout de mandatis Procurationum in Actis legitimè conſtat; Volentes omnia, & ſingula in eiſdem Litecis Remiſſorialibus deſcripta exequi, & executioni debitę demandari, & ad viſitationem Corporis eiuſdem Beati Iacobi procedere, mandarunt accerſiri, & vocari omnes infraſcriptos, vt dicta viſitatio ipſis præſentibus fiat, & eorum vota recipi, & deſcribi etiam medio iuramento voluerunt. Nomina autem intereſſe debentium, & vocatorum, ſunt infraſcripta videlicet.

Decretum de vocando omnes intraſcriptos, vt d. viſitatio ipſis prȩſẽtibus fiat, & eorum vota recipiendo, & deſcribendo.

Nomina vocatorum.

Admodum Ill. & Reuerendiſ. Dominus Epiſcopus Nolanus.
Admodum Ill. & Reuerendiſs. Dñus Epiſcopus Viciequenſis.
} Iudices Remiſſorialas.

Admodum Excellens Dominus Petrus Vecchionus Medicus Phiſicus.

Admodum Excellens D. Hieronymus Thomaſius Medicus Phiſicus, & Comes Palatinus.

Excellens Viri Ioſephus Brunus Art. & Medicinæ Doctor Chirurgus.

Ioannes Antonius Brunus Art. & Medicinæ Doctor.

Ioannes Donatus Brunus Art. & Medicinæ Doctor.

Admodum Ill. & Reuerendiſs. D. Fr. Alphonſus Vidal Epiſcopus Liparen.

Admodum Ill. & Rmus D. Ioannes Hieronymus Campanilis Epiſcopus Laquedonen.

Ill. & Admodum Reuerendus D. Bartholomæus Capograſſus ex Craſsi Prothonotarius Apoſtalicus Præpoſitus S. Mariæ Maioribus de Summa.

Adm. Reuerendus P. D. Iacobus de Neapoli Viſitator Generalis Cæleſtinorum.

Admodum Reu. Pater Fr. Dominicus Grauina Ordinis Prædicatorum, Magiſter in Sacra Theologia, Prior Sancti Spiritus Neapolis.

Admodum Reuerendus Pater Don Anſelmus Romanus Congregationis Cæleſtinorum Ord. S. Benedicti.

Ad-

Admodum Reuerendus Pater Don Sigiſmundus Gambacurta Canonicus Lateranenſis Prior S. Petri ad Aram.

Reuerendus D. Angelus de Benacurto Canonicus Regularis Lateranen.

R. P. D. Marcus Anrelius de Benacurto Monacus S. Benedicti Ord. Cæleſtinorum.

Admodum Reu. Pater Don Cyprianus à Neapoli Monacus Caſſinenſi.

Admodum Reu. Pater Don Ambroſius à Matera Monacus Caſſinenſis.

Admodum Reu. Pater D. Baſilius Saliuenus Clericus Regularis Theatinus.

Admodum Reu. Don Stephanus Gatibertus Clericus Regularis Theatinus.

Admodum Reu. P. Dominicus Guglielminus Ordinis Prædicatorum in S.T.M.

Admodum Reu. P. Fr. Innocentius de Balnuolo Ordinis Prædicatorum.

Adm. & Excell. & Reu. D. Paulus Rochetta Presbyter Ferradinen. Acheruntinæ Diœc.

Admodum Reuerendus Pater Don Laurentius de Palma Theatinus.

Admodum Reu. Pater Don Germanus Ceſaranus Clericus Regularis.

Admodum Reu. Don Dionyſius Lanfrancus Theatinus.

Perill. D. Carolus Tapia Regius Conſiliarius.

Perill. D. Laurentius de Franchis Cauſarum Criminalium totius Regni Neapolis Patronus.

Ill. D. Alexander Gallus Vtriuſque Iuris Doctor Clericus Neapoliranus.

Necnon infraſcripti Domini exaduerſo Procuratores, videlicèt:

Amodum Illuſtris, & Reuerendus Don Hercules Pappacoda Presbyter.

Excellens, & Admodum R. D. Abbas Ioſephus Cæſaranus Prothonotarius Apoſtolicus ambo ab Ill. D. Io: Baptiſta Spada exaduersò Procuratores Subſtituti.

Qui omnes vocati vnà cum ſupradictis Admodum Ill. & Reuerendiſſimis Dominis Iudicibus, ac me Notario infraſcripto ad eamdem Eccleſiam Beatæ Mariæ de Noua Neapolis in Quarterio Ruræ Catalanę, vt vocant, ſitam, acceſſimus, & pergentes ad Sacellum eiuſdem Beati Iacobi, vt ſupra deſcriptum poſt ſex Cappellas in Parietibus ab vtroque latere exiſtentes in principe, ſeù maiori Cappella ſupra Altare erectum, ac ſuſpenlum in muro manet quoddam magnum ligneum veteſtatem magnam præſeferens, in cuius medio pictus eſt Sanctus Euſtachius genuflexus poſt eum equus, canibus dictum Sanctum circumdantibus, in conſpectu ipſius adeſt depictus Ceruus Corniger Crucifixo inter cornua ſtans in latere dextero eſt loculamentum cum Imagine Diui Franciſci Aſſiſinatis, in latere verò ſiniſtro eſt alterum loculamentum cum Imagine

Acceſſus ad intro ſcriptam Eccleſiam, & pergen. ad ſacellū B. Iacobi omnia vt intus ſunt deſcripta.

gine Diui Sebaſtiani ſupradictas Imagines eſt aliud loculamentum in medio ſitum, in quo depicta eſt Beatiſſima Virgo Maria à lætere ſiniſtro, in dextero autem Diuus Ioſephus, interque eos eſt pictura Chriſti Infantis, ſupini iacentis ipſius Natiuitatem repræſentans, ex vtroque latere ſupradicti Quadri adeſt Imago Sanctiſſimæ Annunciationis, in inferiori dicti Quadri parte extant aliæ Immagunculæ diuerſæ, in infima parte Quadri pendet Tabula cum Votis argenteis ſuperiùs deſcriptis, ſubtus ipſam extat Sepulchrum Beati Iacobi de Marchia cum capſa, ex tabulis nucis confecta, qua tecta eſt panno Operis Attalici purpureo ſerico contexto habens Imaginem ipſius Beati Iacobi, & puerum à quadam Matrona ſibi oblatum accipientis deſcript. in viſitatione Cappellæ prædictæ, quæ quidem capſa clauibus clauſa eſt, & ibi tabulato ad dictam viſitationem facien. ſpecialitèr fabrefacto, dicti Admodum Illuſtres, & Reuerendiſſimi DD. Iudices Remiſſoriales aſcenderunt vnà cum vocatis, ac me prædicto Notario, & ante dictum Sepulchrum Candelis accenſis, decantato Hymno proprio, ſeù Antiphona eiuſdem Beati per Fratres cum Verſiculo, & Reſponſorio, & Oratione, quibus finitis, fuit aperta à Sacriſta dicti Sacelli Arca prædicta nucea, & intra eam inuenta eſt alia capſa chriſtallina, ſeù vitrea, vbi reconditur Sacrum Corpus prædicti Beati, quæ ſimilitèr aperta fuit, atque inuentum Sacrum Corpus veſtitum tunica ſerica Almeſina bigei coloris, cum cingulo ligato, & cucullo, ſeù caputio in capite, more aliorum Fratrum ſupradictæ Religionis, & iuſſum ipſius Beati Iacobi Corpus detegi, & facta experientia accuratiſſimè per ſupradictos Medicos Phiſicos, & Chirurgum, ac etiam per dictos vocatos fuit repertum, proùt retulerunt in infraſcriptis eorum relationibus, & declarationibus medio iuramento proprijs manibus ſubſcript. infraſcripti tenoris, videlicèt. De dicta viſitatione Perexcellentes Viri Pettus Vecchionus, & Hieronymus Thomaſius Phiſici, & Excellens Ioſeph Brunus Chirurgus, ac alij duo Artis, & Medicinæ Doctores, mediante iuramento tactis Scripturis ſic declarauerunt = Vidimus Nos, ac diligentèr perpendimus Corpus defunctum Beati Iacobi de Marchia olim Fratris Minorum Obſeruantiæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ ſepulrum, & in Arca vitrea collocatum, & Corpus eſt totum integrum in numero, ſitu, ordine, quantitate, & figura partium benè conſtitutum, omnibuſque ſuis naturalibus vinculis alligatum, ſua vndique propria naturali cute indutum, cutis autem, quæ tamquam indumentum oſſa velat, parum eſt decolorata ab albo colore ad nigrum modicè vergens, minùs tamen in facie, totaque cutis dura, intenta, & arida videtur, in latere autem ſiniſtro parum eſt obſciſſa, vbi naturalis connexio conſtarum ſuis articulata ligamentis obſeruatur, quinimò in furcula gutturis corroſa modicè videtur, forſitan ex morſu alicuius Animalis externi, totumque epigaſtrium eſt exenteratum, & ſimplici goſſipio repletum, negligentèr, & nulla ad conſeruandum

arte

ſtte adhibita, vultus autem cum omnibus ſuis naturalibus partibus concinne eſt conſtitutus, & ob pilorum radices aſperitatem quamdam repræſentat, excipio naſum, qui quamuis ſit eminens, & ſuis cartilaginoſis alis apertus, apicem ramen, & ſeptum demolita habet; faciei, & capitis naturalis eſt connexus cum oſſibus iugalibus, & membra omnia integra, & perfecta habet, præter carnoſos maſculos, qui in quibuſdam partibus parum conſumpri ſunt, & arefacti, extremæ partes, velut manus, & pedes, omnes ſunt illeſæ, & ſuam naturalem connexionem ſeruant, totumque Corpus prauum nullum effundit odorem, tùm ſitu, tùm putredine emanantem. Nos ergo ſubſcripti Medici videntes, tangentes, & olfacientes iſtud Corpus poſt annum ſui obitus centum triginta tres vltrà communem naturæ legem ità conſeruatum iudicamus, atque admiramur, & hoc idem teſtamur fidelitèr, fide Chriſtianis Viris digna, & in fidem nos ſubſcripſimus &c.

Eorum ſubſcriptiones.

Ego Petrus Vecchionus Medicinæ Theoricæ in Gymnaſio Neapolirano Primarius Profeſſor vidi, & præſens fui ſupradictis, & illa affirmando me ſubſcripſi.

Ego Hieronymus Thomaſius Medicus Phiſicus, & Comes Palatinus vidi, & præſens fui ſupradictis omnibus, & in fidem me ſubſcripſi illa affirmando.

Ego Ioſephus Brunus Artium, & Medicinæ Doctor, & Chirurgiæ profeſſor omnia ſupradicta vera eſſe affirmo, & proprijs manibus tetigi, aſpexi, & odoraui, & in fidem mea propria mann ſubſcripſi.

Ego Ioannes Antonius Brunus Artium, & Medicinæ Doctor, denudatum Corpus B. Iacobi, vidi, interfui ſupradictis, & illa affirmanda me ſubſcripſi.

Ego Ioannes Donatus Brunus Artium, & Medicinæ Doctor denudatum Corpus B. Iacobi, vidi, interfui ſupradictis omnibus, & illa affirmando me ſubſcripſi.

Ego Frater Alphonſus Vidal Epiſcopus Liparen., vidi, interfui, & contrectaui Corpus Beati Iacobi Marchiani, & totum ſupradictum eſſe verum confirmo propria manu.

Subſcriptio intraſcripti Epiſcopi, qui vt intus atteſtatur.

Ego Gregorius de Sanctis Epiſcopus Salaminenſis ſupradictis omnibus interfui accerſitus à Reuerendiſſimis Epiſcopis Commiſſarijs, & proprijs ocolis aſpexi, & manibus tetigi, & propterea, quæ à ſupradictis Medicis ſcripra ſunt, vera eſſe atteſtor, & prædictum Beatum mirabilem prædico, quod cum coxam, cum crure tumefactam haberem, interno affectu eiuſdem Beati opem deprecans, racto eius corpore, & deindè coxam meam ſanitatem exorani.

Ego Ioannes Hieronymus Campanilis Epiſcopus Laquidonenſis interfui, quando retroſcripti Medici omni cum diligentia inſpexerunt Corpus Beati Iacobi, ac vidi, & tetigi Venerandum dictum Corpus non ſine maxima admirarione, & deuotione, ac conſideraui rem ſupernaturalem eſſe, & quia relata à dictis Medicis vera ſunt, Ideò me ſubſcripſi,

Alia, vt intùs ſubſcriptiones ſuper inſpectione Corporis B. Iacobi.

Ego Bartholomæus Capograſſus Præpoſitus S. Mariæ Maioris Terræ Summæ, vidi, & præſens fui ſupradictis omnibus, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego D. Iacobus à Neapoli Viſitator Generalis Cęleſtinorum, interfui, & vidi, & vera ſunt, vt ſupra narrantur, & in fidem me ſubſcripſi.

Ità eſt Ego Frater Dominicus Grauina Magiſter, & Prior Sancti Spiritus de Neapoli Ordinis Prædicatorum, & in fidem me ſubſcripſi,

Ego Don Anſelmus Romanus Congregationis Cęleſtinorum Ord, S. Benedicti, interfui, vidi, proùt ſuprà narratur, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego Don Sigiſmundus Gambacurrus Canonicus Lateranenſis Prior S. Petri ad Aram ſupradictis omnibus interfui, & me ſubſcripſi,

Ego Don Angelus de Benacurro Canonicus Regularis Lateranenſis ſupradictis omnibus interfui, & me ſubſcripſi.

Ego Don Marcus Aurelius de Benacurro Monacus S. Benedicti Ordinis Cęleſtinorum, vt ſuprà narrata à DD. Medicis affirmo. Et in fidem me ſubſcripſi.

D. Marcus Aurelius, qui ſuprà.

Ego Don Ciprianus à Neapoli Monacus Caſſinenſis Monaſterij Sancti Seuerini à Neapoli confirmo omnia in ſupradicta relatione narrata vera eſſe, & quia interfui me ſubſcripſi.

Ego Don Ambroſius à Mathera Monacus Caſſinenſis Monaſterij Sancti Angeli Montis Cauſoſi, interfui, & vidi, & ea quæ ſcripta ſunt vera eſſe iudicio, & in fidem me ſubſcripſi manu propria, & particularem gratiam accepi à Domino per interceſſionem huius Beati in quodam naufragio.

Ego Don Baſilius Saliuens Clericus Regularis, vidi, & tetigi Corpus prędicti Beati, & vt ſuprà narrata à Medicis vera ſunt, ideò me ſubſcripſi.

Ego D. Stephanus Gatibertus Clericus Regularis Theatinus vidi, interfui, & quæ ſupra narrantur à Medicis vera ſunt, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego Frater Dominicus Guglielminus de Neapoli Ordinis Prædicatorum Congregationis Sanctæ Marię Saniratis de Neapoli eiuſdem Ordinis Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Doctor huius Collegij Neapolitani incorporatus vidi, & tetigi, & vt ſuprà narrata vera eſſe, & concludo inſpectionem Corporis correſponderi opinioni Sanctitatis, quæ ſemper habita fuit de prædicto Beato Iacobo, & in fidem manu propria ſubſcripſi.

Ego Pater Frater Innocentius de Balneolo Ordinis Prædicatorum eiuſdem Congregationis, & Conuentus interfui, vidi, & vt ſupra narrata à Dominis Medicis vera eſſe affirmo, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego Paulus Rocchetta Presbyter Fernandinenſis Acheruntinæ Diœceſis interfui cùm Sacrum Beati Corpus exdtum eſt Tunica, contrectarumque eſt membratim à prædictis Medicis, & magna cum pietate inſpexi, & tetigi, ac olfaciendo mira effe-

ctus

ctus fragrantia, quæ ex ſupradicto Corpore efflabat, & prædictorum Medicorum relationi adhærens ſacra illa verba contemplatus ſum: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, & in fidem me ſubſcripſi manu propria.

Ego D. Laurentius de Palma Clericus Regularis Theatinus vidi, interfui, & quæ ſupra narrantur à Medicis vera eſſe atteſtor, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego D. Germanus Cæſaranus Clericus Regularis Theatinus, quia ſupradictis omnibus præſens fui relata à DD. Medicis, vera eſſe affirmo, & ex aſpectione ſupradicti Sacri Corporis maxima ſum affectus deuotione, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego D. Dionyſius Lanfrancus Clericus Regularis Theatinus aſpexi Corpus Beati Iacobi, & præcipuè vultum, qui erat integer, & puleher ore clauſo, & audiui Medicos referentes illum eſſe toto Corpore integrum prout ſupra retulerunt, & admiratus valdè ſum, quod Corpus totiès tactum præcipuè ab his, qui multotiès illum exuerunt, & induerunt adhuc integrum perſeueret, & membra non ſint diſolidata. Propterea rem ſupra ordinem, curſumque naturæ, & miraculoſam exiſtimo, & in fidem me ſubſcripſi.

Ego Carolus Tapia Sacri Neapolitani Conſilij Conſiliarius Beati Iacobi Corpus inſpexi, ac reuerenter tetigi, & in eo inſpicien. magnam Beati Patris ſum admiratus ſanctitatem cum deuotione maximam aſpicientibus redoleat, fideique Medicorum quantùm mea capacitatis ſubſtinet me ſubſcribo.

Ego Laurentius de Franchis Vincentij filius Cauſarum Criminalium totius Regni Neaoolis in Magna Curia Fiſci Patronus vidi Beati Iacobi de Marchia Corpus integrum, quod miram ſanctitatem præfefert, deuotionemque maximam præbet, nec mirum ſi Sanctus ab omnibus reputatur, & innumeris corruſcat Miraculis, & Medicorum relatione adhærens me ſubſcripſi.

Ego Alexander Gallus V.I.D. vidi Beati Iacobi Corpus, & tetigi, & quæ à Medicis narrantur vera eſſe affirmo, & propterea, quod potiſſimùm integritas membrorum eius Corporis ſanctitate viuæ, quam viuens, & iam ex humanis excedens ſemper oſtendit communi opinione reſpondet.

Subſcriptiones introſcriptorum Epiſcoporum Iudicum Remiſſorialium.

Fabritius Gallus Iudex Remiſſorialis Epiſcopus Nolanus.

D. Aloyſius de Franchis Epiſcopus Viciequen Iudex Remiſſorialis.

De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis idem Illuſtr. & Perexcellens D. Marcus Antonius Caoograſſus ex Craſſis, vt ſupra perſonaliter ſibi à me præſentis Cauſæ Notario, atqi Scriba prædicto vnum, vel plura publicum, ſeù publica fieri petijt, atque confiei Inſtrumentum, & Inſtrumenta, præſentibus ibidem vltrà ſupraſcriptos vocatos Diſcretis Viris DD. Don Paolo Eraſmo Clerico Spoletanæ Diœceſis, Cæſare de Corduba Presbytero Neapolitano, Don Antonio Cubonio Canonico Numerario Cathedralis Eccleſiæ Nolanæ, Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis habitis ſpecialitèr, atqi rogatis.

Subſcriptio Notarij.

Ego Benedictus Remerius Romanus V. I. D. publicus Apoſtolica

ca auctoritate, Sacrique Palatij Caus. Apostolici Notarius in Archinio Romanæ Curiæ descriptus ad supradicta specialiter deputatus, quia prædictis omnibus, & singulis præsens fui; Ideò hoc præsens publicum Instrumentum subscripsi, signaui, & pnblicaui rogatus, & requisitus.

Num. 2. *Decretum Sac. Rit. Cõgregatio nis sub die 20. Maÿ 1620. de quo testari dignabitur R. P. D. Secretarius.*

Causam Serui Dei Iacobi de Marchia Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, quam olim fel. rec. Clemens Papa VII. instante Carolo V. Romanorum Imperatore, Episcopis Iscano, & Maturanensi priùs, deindè verò duobus Rotæ Auditoribus delegauerat, succedentibus autem annis felicis etiam recordationis Paulus V. iamdiù prætermissam ad supplices Philippi III. Hispaniarum Regis, ac Neapolitanæ Ciuitatis instantias, Sac. Rituum Congregationi examinandam demandauerat, eadem Congregatio, Processibus auctoritate Apostolica confectis, à se priùs, deindè verò à tribus Rotæ Auditoribus approbatis, à Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XV., atque adiecta Philippi IV. parirèr Catholici Regis supplicatione diligentèr discussa, nouissimè referente Illustrissimo Cardinali Gozadino, habendam esse in tali statu decreuit, vt, cum constare sufficienter de validitate Processuum, eiusdemque Viri Sanctitate, Virtutibus, ac Donis, Miraculis demùm in vita, ac in morte pleniss imè pronunciauerit, posse censuerit, Sanctissimum Dominum Nostrum quandocumque ipsi Dei Seruo Cælestes honores, vel Beatificatione, vel etiam solemni Canonizatione in vniuersali Ecclesia decernere &c.

Franciscus Maria Cardinalis à Monte.

Loco † sigilli

Ioannes Baptista Renuccinus Secret.

Num. 3. *Breue Vrbani VIII. in Bullar. tom. 4. Constit. 22. pag. 38.*

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

In sede Principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis à Domino constitutis, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in Seruis suis honorificetur, libentèr annuimus, eaque fauore prosequimur opportunis. Sanè pro parte Charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Cleri, & Populi Ciuitatis Neapolitanæ, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum, Nobis nuper expositum fuit, quod bon. mem. Iacobus de Marchia multis, & eximijs Virtutum, Gratiarum, & Miraculorum donis à Domino illustratus fuit, quapropter Philippus Rex, ac Clerus, & Populus, necnon Ordo prædicti Nobis humilitèr supplicati fuerunt. vt donec Canonizationis honor dicto Iacobo de Marchia ob eius eximiam charitatem, & excellentia merita, Diuina adspirante gratia, ab Apostolica Se-

de

de decernatur, idem Iacobus de Marchia *Beatus* nuncupari, atque Officium de eo, vt infra, recitari possit. Quarè Nos re prius per Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpositos, quibus eam examinandam mandauimus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium Consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bonæ memoriæ Iacobus de Marchia *Beatus* nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, tamquam de Confessore non Pontifice in Ecclesia tantummodò Sanctæ Mariæ *della Noua* nuncupatæ Ciuitatis Neapolitanæ, vbi Corpus eiusdem requiescere asseritur, recitari, & celebrari respectiuè liberè, & licitè possit, & valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiamus, & facultatem concedimus, & impartimur, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die duodecima Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

Num. 4.
Fides Doctoris Physici Ianuarij Bisogno Proc. authorit. Apost. de an. 1700. fol. 1225.

Si fà piena, & indubitata fede per me sottoscritto Dottor Fisico, à chi la presente spettarà vedere, ò sarà in qualsiuoglia modo presentata in Giudizio, vel extrà etiam cum iuramento, quatenùs opus sit, come il Signor Liborio Auellone figlio del quondam Matio d'età d'anni quindici incominciò ad esser trauagliato da moti epiletici, che communemente chiamano mal caduco. Era così molesta, e graue l'indisposizione accennata, che non solamente sorprendeua l'infermo quindici, ò venti volte il giorno, mà anche in ogni insulto per spatio d'vn quarto, e più d'hora, come da fulmine Celeste colpito il Patiente cascana sù la Terra col perdimento di tutti li sensi, con moti conuulsiui di tutte le parti del suo corpo, e con vna difficoltà sì grande di respiro, che sembraua ad ogn'vno, che à tal spettacolo si ritrouaua presente, voler egli con pochi faticosi aneliti d'vna infelice vita sospirare da momento à momento la morte, le di cui chiare minaccie temendo molto li parenti dell'ammalato sudetto domandorno l'aggiuto necessario per ouuiare al malore, che affligeua quel misero, da vna corona, che si raduno di molti Medici, da quali se li prescrissero tutti quei remedij sperimentati efficacissimi per la di lui malatia; li medesimi essendosi continuati per spatio di due anni, non apportorono sollieuo alcuno, mà nel medemo stato impetrito pertinacemente il morbo, tuttauia perseueraua à dar molestia all'infelice patiente, per lo che si giudicò di difficilissima curatione, e come tale si lasciò in guida della propria natura; Mi è peruenuto in notizia da molti di sua casa, che l'Infermo non potendo più tolerare li trauagli del suo male, anzioso della perduta salute à guisa di Ceruo verso l'acque andò à piedi del Beato Giacomo della Marca, e nel mese di Giugno dell'anno mille, e seicento ottanta noue, nel qual tempo s'aprì la Cassa, doue con ogni venerazione si conserua il Corpo di quel Beato, alla presenza del quale stando con viua fede di fare acquisto nouuamente dello stato passato, fù col suo volto

to posto sù piedi del sempre Venerabile Beato, sentendosi nell'istesso punto vn'agrizamento delle sue Carni per tutto il Corpo da quell'hora in poi da Infermo diuentò sano con hauerlo totalmente lasciato il mal caduco, & Io sottoscritto testifico hauerlo veduto di buona salute, & in fede di ciò hò fatta la presente di mia propria mano. Napoli cinque di Gennaro mille seicento nouantadue.

Io Dottor Gennaro di Bisogno fò fede come sopra.

Fidem facio Ego Philippus Moruillus de Neapoli Regia, & Apostolica auctoritate Notarius in Archiuio Romanus descriptus supradictam fidem fuisse, & esse subscriptam propria manu dicti Ianuarij de Bisogno, & in fidem signaui.

Nos Laurentius Casonus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Cesareæ, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Assistens, & Prælatus Domesticus, ac in Regno Neapolitano Nuncius Apostolicus, & Collector Generalis.

Vniuersis, & singulis &c. notum facimus, atque testamur prædictum Dominum Philippum Moruillo de Neapoli, de præmissis rogatum fuisse, & esse Notarium Publicum, Legalem, Authenticum, & fide dignum, ac talem qualem se facit, scripturisque suis tàm publicis, quàm priuatis, hisque similibus in Iudicio, & extrà semper adhibitam fuisse, & esse, & de præsenti adhiberi plenam, & indubiam fidem. In quorum fidem &c. Datum Neapoli ex Palatio Apostolicæ Nunciaturæ hac die vigesima sexta mensis Aprilis millesimo septingentesimo primo.

Andreas Pierius Subpromot. Fidei.

NEAPOLITANA

Canonizationis

B. IACOBI

DE MARCHIA

Ordinis Minorum Obſeruantiæ
S. FRANCISCI.

RESPONSIO

AD ANIMADVERSIONES

Reuerendiſſimi Domini
Promotoris Fidei

SVPER DVBIO

An, & de quibus Miraculis conſtet in caſu &c. & ad effectum &c.

Beatiſsime Pater.

Sicut igne examinatur Argentum, ità à Reuctendiſſimo Domino Promotore Fidei examinata fuerunt Mitacula, quæ ſuperuenerunt poſt Beatificationem Beati Iacobi tanquam recentiſſima eius Sanctitatis Teſtimonia; ſed ſtabunt in Fornace examinis, imò quo magis cribrata, & diſcuſſa, eo magis eorum pretium, & valor inclareſcet, vt Deo annuente ex infrà dicendis appatebit.

PRIMVM MIRACVLVM.

Incorruptionis, & flexibilitatis Corporis Beati.

MIraculum iſtud paſſiuum, vtpotè patratum in Corpore Beati, quòd cùm Domino, & Incolæ ſuo inceſſanter prò Eccleſia Dei laboranti, ſeruum ſe fideliſſimum præſtiterit, & particeps fuerit omnium incommoditatum, & laborum, quos ipſe perpeſſus fuit nullaque corruptionis labe dùm viueret, dehoneſtatum remanſit, meruit proindè poſt mortem ab vtraque corruptionis ſpecie (nempè ab illa, quæ fit per mixti incinerationem, deſignata in illis verbis *Eccleſiaſtic. cap.* 40. *num.* 13. = *Omnia, quæ de Terra ſunt in terram conuertentur*, = & ab alia, quæ per putrefactionem expletur, iuxtà illud = *Putredini dixi Pater meus es Tu, Mater mea, & Soror mea vermibus* = *Iob. cap.* 10.) inſignitèr qualificari, Priuilegio integritatis paucis conceſſo, & 26. annos vltra duo ſæcula adhuc perdurante; & quia flexibile ſemper fuit Imperio rationis, flexibilitatem retinere, quæ Cadaueribus nonniſi ſupernaturalitèr obuenire poteſt, quia ſtatim poſt obitum ſyderari, & rigeſcere ſolent, ideòque flexibilitatem huius Sacri Corporis conteſtarunt, & miraculoſam eſſe declararunt non ſolùm omnes Teſtes dati in *Summario Primi, & Secundi Miraculi Num. primo, & ſecundo*, & ſex inſuper Periti *dicto Summario Num.* 5. verùm etiam duo Præclariſſima Eccleſiæ lumina, nempè Eminentiſſimus Cardinalis Vſinus, qui eam admiratus dixit hoc ſolùm ſufficere ad conuincendum omnes hæreticos, vt depoſuit *XII. Teſtis Summ. pag.* 16. §. 16. *& Teſtis XIV. pag.* 18. §. 20., & dignatus fuit confirmare idem Eminentiſſimus in duabus ſuis Epiſtolis ſcriptis ad Reuerendiſſimum Dominum Promotorem, ac in alia ſua ſpeciali Atteſtatione, quæ datur in *præſenti Summario Additionali Num.* 2.

Ac etiam Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Cantelmus mediante ſua Epiſtola directa ad Sanctiſſimum, de cuius permiſſione datur *in eodem Summario Num.* 2.

Ita vt huic Beato Corpori non immeritò adaptari poſſit elogium, quòd Diuus Bernardus ſcriptum reliquit de Sancto Malachia in eius Vita *Cap.* 12. = *Primum, & maximum Miraculum, quod fecit, ipſe eſt*.

Probatio autèm huiuſmodi Miraculoſæ Incorruptionis non ſemel, ſed bis, & ſemper Authenticè facta fuit; cùm etenim eius fama vndique vulgata fuiſſet, Sacra Congregatio vſque de Anno 1609. mandauit Epiſcopo Nolano, & Viciaquen., vt illam recognoſci facerent; Quamobrem de eorum ordine accerſiti duo Phiſici, & totidem Medici, & vnus Chirurghus tangentes, & olfacientes Beati Corpus, concorditèr iudicarunt vltra communem Naturæ legem ita fuiſſe conſeruatum; prout etiam teſtati fuerunt tres Epiſcopi in hac viſitatione tanquàm Teſtes adhibiti, intèr quos Epiſcopus Salaminen. addidit, quòd cùm eius coxa, & crus interno

quo-

quodam affectu intumuissent, tacto hoc Sacro Deposito, statim sanitatem impetrauit; Hisque accesserunt alij 20. Testes qualificati, & vt plurimum Religiosi graduati diuersarum Religionum, ex quibus P. Dionysius Theatinus summopere miratus fuit, quòd Corpus toties pertractatum à deuotis, & Sacristis, qui illud frequentissimè spoliare solent, & nouis vestibus induere ad Breuia conficiendum, in cinerem non abierit, aut saltèm non amiserit vnionem Partium, & Articulorum, & propterea tàm ipse, quàm omnes alij contestes eius statum Miraculosum esse existimarunt, & Sententiæ Peritorum, qui illum Miraculo tribuerant, concordes subscripserunt, prout habetur in *Summario Obiectionali* dato à Reuerendissimo D. Promotore, qui prò sui Officij munere, & incomparabili diligentia, qua illud exequitur extrahi fecit ex Archiuio Sacræ Congregationis antiquos Processus ad hanc causam spectantes, & in vno reperta fuit supradicta Visitatio, quàm per extensum dedit *dicto Summario Obiectionali Num.* 1.

Rursùs statim, ac Seruus Dei à san. mem. Vrbano VIII. inter Beatos relatus fuit, Electi Ciuitatis Neapolis eum in Protectorem assumpserunt mediante publico Instrumento stipulato de anno 1625. in quo declarárunt se Testes esse Incorruptionis eius Corporis, quæ post annos 150. (totidèm enim de eo tempore effluxerant) adhuc perdurabat; quodque in eo aderat odor mirus diffusus, candor, vigor carnis ad viuum accedens, agilitas, & mobilitas, & flexibile se præbebat in mutatione vestium, quarum Reliquiæ innumera edunt Miracula, addentes, quod adeò beneficus extitit erga Neapolitanos, vt nulla ferè domus in ea Ciuitate existat, quæ ab eo aliquam gratiam non obtinuerit, quòd datur in *præsenti Summario Additionali Num.* 3.

Et tandem hæc probatio renouata fuit in vltima visitatione facta de anno 1700. ex qua constat post lapsum 91. annorum à Prima, nihil huic Sacro Corpori deperisse, sed adhuc remanere intactum, & si fas est dicere, potiùs melioratum, quàm deterioratum; cùm globis videlicèt oculorum turgidis protuberantibus, & tamèn mollibus, vt inquit *Testis XII. Summario pag.* 16. §. 14. *& Testis XX. pag.* 20. §. 24. *& Testis XLI. pag.* 38. §. *Viddi di più &c.* Quamquàm naturaliter post obitum oculi citò in se colligi soleant, & corrugari, vt tradit *Auicen. lib.* 3. *fen. tract.* 4. *cap.* 21. Necnon cùm pilis in facie, ac si duobus diebus anteà tonsi fuissent, vt retulit secundus Peritus *pag.* 43. §. 4. *& pag.* 45. §. *Nec turbentur in fine*, ac cùm quodam rubore in vultu, qui nequaquam in homine mortuo vltra quatuor fortasse dies conseruari potest, vt testatur *IV. Peritus Summario pag.* 56. *versus finem*, *& V.* obseruauit musculos Intercostales in parte sinistra Thoracis, vnde costa extracta fuit esse rubicundos = *à colore di carne naturale, benchè alquanto negra, come se de recenti fosse estratta detta Costa, e detti Muscoli erano parimenti arrendeuoli al tatto* = *Summario pag.* 62. quæ circumstantiæ in prima visitatione obseruatæ non fuerunt, & quamuis ob spatium vnius sæculi posteà effluxi, Corpus illud aut rigidissimum euadere, aut ob Elasticam vim Aeris, luminumque in eius Cappella ardentium deseccari, & deindè in cinerem solui debuisset; Partes verò mollis, & flaccescentis substantiæ, veluti oculi, & cerebrum corrumpi, & putrefieri, attamen

repertæ fuerunt integræ, & prorsùs intactæ; totum verò Corpus incorruptum, molle, & tractabile cùm vnctuosa quadam humiditate, & adeò flexibile, præsertim in aliquibus partibus, vt Primus Peritus coactus fuerit dicere, *pag.* 41. §. 1. *vers. Cæterum = Quod nihil supra*.

Crescitque admiratio, dùm agitur de Corpore, quòd per integrum annum in communi fratrum Cœmeterio, negligentèr sepultum iacuit, quodque exindè extractum, frequentissimè tractatur, & mouetur, occasione illud vestiendi, & spoliandi, & ostendendi viris qualificatis, à quibus tangitur, & palpatur, & tamèn resistit tactui, & post lapsum 226. annorum adhùc integrum permanet, nèc partium vnionem amittit, quòd in simili prò maximo Miraculo consideratum fuit à *Card. de Lauea in 4. Sent. to. 4. ar. 3. sub nu.* 35.

Huiusmodi tamèn Incorruptio, & flexibilitas, quarum, vt præmisimus pluriès, & quidem iudicialiter fuit renouatum experimentum, non fuerunt specificatæ, nèc in Decreto Sac. Congregationis de anno 1623. nèc in Breui Beatificationis ædito anno sequenti à san. mem. Vrbano VIII.; sicuti nec leguntur specificata alia Miracula patrata à Beato Iacobo, fortasse quia ingens eorum copia non patiebatur, quòd ad eorum Indiuidualem descriptionem deueniretur; cùmque maximè interfit, habere probationem expressam, & specificam huius insignis Miraculi prò ea nunc humillimè supplicatur.

Ea verò, quæ contra Primam Visitationem de anno 1609. à Reuerendissimo D. Promotore Animaduersa fuerunt, minuere non valent pretium, & fidem huius Miraculi.

Non enim quidquam obesse potest, quòd tam Frater Venantius socius Beati, qui in Epistola scripta ad Ferdinandum Aragoniæ Regem asseruit collegisse tria mille Miracula ab ipso patrata subdens, quòd adhuc possent de ipso scribi alia centum mille, vt videte est in *præsenti Summario Additionali Num.* 4. Quàm etiam Wadingus cæteroquin accuratissimus Scriptor, qui sparsim de Beato Iacobo plura retulit, mentionem non fecerint de dicta Incorruptione, & flexibilitate.

Quia cùm huiusmodi Miracula negatiua, certa reddi nequeant ab initio, & verificentur solum ex longa, & continuata obseruantia, vt probat *Matt. de Canoniz. Sanctor. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 14. non constat Fratrem Venantium superuixisse de tempore, quo illa detecta, & probata fuerunt.

Wadingus verò dùm in suis operibus registrauit commissionem reassumptionis Causæ signatam à Paulo V. de anno 1607. in qua continetur expressio huiusmodi Incorruptionis, vtiq; dici non potest, quòd hoc prodigium narrare omiserit, & latiùs fortasse se non extendit, quia nondum fuerat à Sancta Sede specificè receptum Diuina sic disponente Prouidentia, vt quia expressè antea non specificatum, posset modo prò Miraculo, & quidem continuato admitti.

Verùm esto, quòd ipsi non agnouissent istud Miraculum, non exindè vllum eius releuantiæ præiudicium inferri valet, dùm de eo constat ex facto, & per euidentiam rei, ac per sensum visus, & tactus, qui insimul vniti fallere, aut falli non possunt prout demonstratum fuit in vltima Visitatione, quæ correspondet Primæ, famæ-

famæque, & depoſitionibus Teſtium, quæ ab omnibus exceptionibus illud vindicant, itaut nullo vlteriori egeat adminiculo.

Ac pariter illius releuantia nullo modo debilitata remanet ex depoſitione VI. Teſtis, qui dixit non obſeruaſſe aliquid eſſentiale deficere in Corpore Beati præter vnam Coſtam, & Apicem naſi, & tamen Reuerendiſſimus Promotor ſupponit, quod in Gutture deficiat quædam pars corroſa ab animali vulgo nuncupato Scarafone, ex depoſitione CXIII. Teſtis adducti in Animaduerſionibus *pag.* 4. *n.* 10. & iuxta obſeruationem factam in Viſitatione anni 1609. datam in *d. Summar. Obiectionali Num.* 1. *pag.* 4. *in fin.*

Eſt enim aduertendum, quod Periti in ea Viſitatione exhibiti non dixerunt, quod deficiebat aliqua pars in Gutture Beati, ſed tantum, quod illud corroſum modicè videbatur, vt appatet ex lectura eiuſdem Summarij Obiectionalis, & proindè depoſitio huius Teſtis iuſtificata remanet ex proprietate Sermonis, quia pars illa non eſt deficiens, nec eſſentialis, vt ipſe dixerat = *Non hò viſto, che in detto Corpo vi manchi altra parte eſſentiale*.

Addito, quod illa modica corroſio, lapſu temporis per partium corrugationem, vel nouam earumdem vnionem, mediante vnctuoſa humiditate, quę totum Sacrum Corpus irrorare non deſinit, adeo fuit refarcita, & conglutinata, vt in vltima viſitatione, detecta non fuerit à tot Medicis, Chirurgis, Iudicibus, ac Teſtibus, imò etiam à duobus Subpromotoribus Fidei; Intanrum, vt Secundus Peritus deſcendat ad hanc particularitatem, nempè, quod Caput Beati, omneſque faciei partes humanam integritatem ſeruabant, ſciſſuram nullam, nullamque ſectionem habentes; vt legitur *in Summar. primi, & ſecundi Miraculi Num.* 5. *pag.* 43. *num.* 4.

Ad id verò, quod idem Teſtis nihil dixerit de oſſe nauiculari deficiente in dextero pede, pariter reſpondetur, quod ipſe aſſerait in Beati Corpore non deficere aliquam partem eſſentialem, neque hanc partem fortaſſe credidit eſſentialē ad illius conſtitutionē in ſtatu, in quo nunc reperitur, omniſque de Iure interpretatio capienda eſt ad ſupplendum dicta Teſtium, qui ſufficienter ſe non expreſſerunt quando alias de veritate eorum depoſitionis non dubitatur *Grat. diſcept* 677. *n.* 35. *Rot. cor. Ludouiſ. deciſ.* 230. *& coram Vbag. dec.* 55. *n.* 15. *& dec.* 188. *n.* 15. *par.* 17. *rec.*

Præter quod non eſt nouum, quod vnus Teſtis ſit magis accuratus altero, & melius videat, & obſeruet, neque exinde Teſtes diſcordes reddantur, dummodo non diſcrepent in ſubſtantialibus *Alex. conſ.* 24. *num.* 43. *lib.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 122 *num.* 7. *lib.* 3. *Bartol. in l. Diem proferre ff. de recept. arbitr. Surd. conſ.* 414. *ſub num.* 39. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 2361. *num.* 6. *Rot. coram Gregor. dec.* 351. *num.* 22. *& dec.* 578. *num.* 4.

Verùm etiam ſi Teſtis iſte ex prædictis appareret adeò defectuoſus, vt in reliquis nulla fides ei eſſet adhibenda, attamen adeò abundans probatio ſtatus huius Sacri Corporis reſultat ex depoſitionibus tot aliorum Peritorum, & Iudicum, vt nullum Cauſæ detrimentum ex vnius defectu gigni poſſet.

Quatenus verò animaduerteretur à Reuerendiſſimo Promotore, quod Teſtis XLI. *Summario pag.* 38. §. 2. Supponit nimiam exſiccationem in Corpore Beati, ità vt exindè excludatur illius miraculoſa incorruptio, quia ſublata in cadaueribus humiditate remouetur putrefactionis principium iuxtà ſententiam *Cardiani lib.* 6. *de rer. variet. cap.* 26.

cap. 26., & Scacch. de not. & ſign. Sanctit. ſect. 9. cap. 3. pag. 632. verſic. obſeruandum.

Tollitur difficultas perlegendo totũ paragraphum depoſitionis præd. Teſtis; non enim ſiſtit in ſolis illis verbis relatis in Animaduerſione, nempè = *Trouai li nerui con qualche parte diſeccata*, ſed vlteriùs progrediendo ſubdit = *Et à me parue, che in quella parte foſſe la carne, e li nerui più morbidi, & arrendeuoli*, & infra = *Le gambe, e coſcie erano ricoperte di pelle intiere, & incorrotte, che cedeuano al tocco del mio deto, mà à me parue, che maggior morbidezza conſeruaſſero quelle parti intermedie alle coſte, ſi che toltone le parti mancanti già accennate oſſeruai tutto il detto Corpo intiero, & incorrotto, fù anco da me oſſeruato la fleſſibilità delle membra di detto Beato Giacomo, e particolarmente quella del collo, che s'incbinaua, e voltaua, come i Periti voleuano &c.*

Et licèt ſecundus Peritus *d. Summario pag. 44. in princ.* obſeruatus à Reuerendiſſimo D. Promotore referat muſculoſam carnem pelli ſubiectam, non ſolum in his, ſed etiam vniuerſo in Corpore pluſquam ſicciſſimam, & exſuecam exiſtere, immediatè tamen addit = *Et nihilominus comprimenti digito aliquantiſper cedit, molliſque ſentitur* Rursùs in eius formali examine, quod habetur *pag.* 48. 49. 50. teſtatus iterum fuit, quod Caput eſt aliquantum molle, & cedens digito, quodque hæc mollities obſeruata fuit adeſſe in toto Corpore; Concludens hanc incorruptionem eſſe omninò miraculoſam, quia illa humiditas, quæ in eo adhuc exiſtit, vel debuerat euaneſcere poſt lapſum tanti temporis, vel fermentari ob frequentiam luminum, quæ in eius Cappella inceſſanter ardent, & alterare, ac tandem Corpus illud putrefacere; Tum etiam quia partes omnes, & articuli illius Corporis retinent propriam ſtructuram, & coneatenationem cum flexibilitate, additque duas alias rationes, quas placet referre eo idiomate, quo ab ipſo met Teſte expreſsæ fuerunt, nimirum = *Terzo per vederſi il detto Beato Corpo moderatamente molle, & in alcune parti già narrate più, che moderatamente; Quarto perche eſſendo la pelle molto ſecca, anzi ſecchiſſima, ciò non oſtante ſi oſſerua nelle deſcritte parti morbida, eſſendo certo, che la morbidezza non può ſtare accompagnata con gran ſiccità, e quando ci fuſſe l'vmido non poteebbe reſtare il Corpo incorrotto, eſſendo l'vmidità madre della putredine.* Et antea nempè *pag.* 46. §. *Nec minus, & pag.* 47. §. *Non obſtat &c.* aſſeruit, obſeruaſſe maiorem humiditatem in Tendinibus, & ligamentis, quæ de ſui natura areſcere magis debuiſſent, deque eadem humiditate exiſtente in Corpore Beati, depoſuit etiam Primus Peritus *pag.* 41. §. 2. ibi = *Quæ quidem mollities vtpotè quæ ab vnctuoſa carnium ſubſtantia partibus ijſdem inherente in viuentibus non ſine noſtra admiratione hoc quoque in Corpore Thaumaturgo obſeruari potuit* = & Tertius Peritus *pag.* 52. §. 15. ibi = *At verò in quibuſdam partibus conſeruatur humiditas* & IV. *pag* 57. vbi quod adhuc rorida ſubſtantia in muſculis, ligamentis, arteriis, & neruis obſeruatur.

Cæteri autem omnes teſtantur de eius flexibilitate proueniente à quadam vnctuoſa ſubſtantia, & Quartus Peritus *pag.* 56. §. 19. *verſ. hoc nonniſi, & pag.* 57. & 58. *ſub* §. 21., & Quintus *pag.* 60. §. 25. & *pag.* 61. §. 16. vbi ſubdit, quod etiam in pelle videbantur fieri motus = *Che non poſſono caggionarſi, ſe non dalla morbi-*

dez-

dezza di essa altrimente non sarebbe arrendevole, conforme osservai, e toccai particolarmente tutti gli occhi, e sopra l'omero sinistro, ove solo toccai, e questa istessa morbidezza al tatto conserva la parte del Torace; ac etiam Testis XL. nempè Reuerendissimus Vicarius Eminentissimi Archiepiscopi, qui his verbis se expressit= *Che essendosi fatta l'esperienza, la Testa di detto Beato era flessibile, e si piegava da tutte le parti, come se fosse stato viuente, e l'istessa flessibilità con l'istessa esperienza fattane, viddi, nelle braccia, e mani, e gambe, anzi Io medemo toccai con le mie mani le sudette parti, & osservai ancora, che la carnaggione era morbida*, vt legitur *in Summario pag.* 36 §. 1.

Immò ex præmissis resultat ineuitabile dilemma, cuius vtraque pars apertissimè militat ad fauorem Corporis Beati Iacobi, aut enim post 226. annos in eo aliqua adhuc existit humiditas, & mirum est, quod putrefactum non fuerit, quia humiditas non regulata à calore naturali, sed fermentata ab extraneo, qui perfectas concoctiones nullatenùs explere potest, necesse est, vt desinat in putredinem.

Aut verò siccissimum est, & omni prorsùs humiditate destitutum, & hoc esset maius Miraculùm, quia deficiente illo glutino, quòd ad seruandam vnionem partium est necessarium, in cinerem solui iam debuisset, tantò magis quia frequentissimè tangitur, mouetur, spoliatur, ac nouis Vestibus induitur, prout vtrumque casum, & vtramque speciem corruptionis, comprehendendo, de hoc Glorioso Corpore, cùm admiratione firmarunt omnes Physici, & Medici adhibiti in Testes in vltima Visitatione.

Nèc refert, quod solum XIII. Testis, & Secundus Peritus dixerint vidisse annulos in digito Beati, quæ circumstantia ab alijs fuit omissa, quia cùm hoc parum conferat ad corruptionem, vel incorruptionem Corporis, de qua tantùm quæritur, non exindè debilitata remanet fides aliorum Testium, qui illam omiserunt referre, cùm satis suo muneri satisfeciisse videantur, referendo essentialia, & in ijs concordando, quorum principaliter veritas perquirebatur, habemus enim regulam, quod si aliqui Testes plus dicant, & alij minùs non proindè discordes reputantur, dummodo in substantialibus concordent, & in quo plus vnus dicit, alter non contradicat, de quo habemus exemplum etiam in Sacris Euangelistis; & dixit *Rota decis.* 20., *& seq. & decis.* 53. *num.* 14. *par.* 13. *rec.*, & superiùs probatum fuit *in* §. *Prater quod*.

Insistit tamèn Reuerendissimus D. Promotor, quod cùm Beati Venter, & Thorax fuerint vsque ab antiquo exenterati, possibile est, quòd fuerint etiam imbalsamati, & sic immunes redditi à corruptione.

Verùm vltra, quod argumentum a possibili de sui natura parum efficax est, immò nihil operatur, vt testatur *Rota decis.* 579. *nu.* 18. *par.* 2. *recent.*

Totaliter in casu nostro excluditur possibilitas cuiuscumque Imbalsamationis; Si enim facta fuisset antè annum 1609. quo tempore clauis vrnæ Beati existebat, solùm pænes Sacristiam, procul dubio detecta fuisset in visitatione de eò tempore facta; At Periti recognoscentes hoc Beatum Corpus dixerunt totum Epygastrium esse exenteratum, & simplici Gossipio repletum, negligenter, & nuda

all

ad conſeruandum arte adhibita, & profecto ſi vllum in eo artificium reperiſſent, vtique non potuiſſent concludere= *Nos ergo ſubſcripti Medici videntes, tangentes, & olfacientes iſtud Corpus poſt annum ſui obitus 133. vltrà communem naturæ legem ità conſeruatum iudicamus, atque admiramur* = vt legitur *in Summario Obiectionali num.1.*

Poſt verò dictum tempus non poterat ampliùs Sacriſta ſolus, de per ſe hoc facere, quia deindè quatuor claues factæ fuerunt prædictæ Vrnæ Beati, & traditæ quatuor diuerſis perſonis, quarum vna exiſtit pænès Eminentiſſimum Archiepiſcopum, ſeù eius Canonicum Theſaurarium, vt refert VI. Teſtis *Summario pag.14.§.8. & 9.*,& Teſtis XL.nempè Vicarius eiuſdem Eminentiſſimi Archiepiſcopi *pag.37.in fine*, & Teſtis XLII. *pag.40.§.5.* & Teſtis XLVI. *pag.75.§.6.* & de facto in actu apetitionis Vrnæ fuit ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo exhibita Clauis, quæ penes ipſum exiſtebat, vt videre eſt in *Summario pag.33.circa medium*, quàm in reſeratione Vrnæ penes ſe retinuit *pag.35.§.8.* Ideòque ſine omnium conſenſu, & notitia nil fieri poterat.

Ceſſarque in hac parte omnis difficultas, quia in ſecunda Viſitatione omnes Teſtes,ac etiam omnes Periti ſecundum principia eorum Artis fitmarunt,quod prædictum Corpus nullo modo fuit imbalſamatum,vel aliquo præſeruatiuo aduerſus corruptionem præmunitum,eo magis quia Thorax, & Caput ſecatum non fuit, ſed ſolum Imus Venter, & tamen nec oculi, nec cerebrum, neque aliæ Partes molles, magiſque ſubiectæ corruptioni putruerunt, nec pili deciderunt ex facie, coarctantes negatiuam,quod nempè nullum prorſus in eo veſtigium Imbalſamationis inuenerunt, quodque Corpora, quæ imbalſamantur, & aromate, nitro, ſeù aceto condiuntur (quæ omnia tendunt ad deſiccandam humiditatem) rigidiſſima euadunt,& inflexibilia, & Mumia efficiuntur,& tamen in hoc Corpore mira obſeruata fuit mollities, & flexibilitas, maior equidem in vna parte, quàm in alia, vt in eodem ſubiecto (ne de vllo artificio ſuſpicari poſſet) deſtruentis naturæ apparerent principia, & præſeruantis gratiæ inſimul emicarent præſidia; Et VI.Teſtis *Summario pag.14.§.7.* Specialiter conſiderauit, quod Balſama etiam, quæ antiquata ſunt,veteraſcunt, & corrumpuntur, malumque tandem reddunt odorem, quod nunquam in hoc Beato Corpore obſeruatum fuit, iraut de hoc meritò concludi poſſit, quod non ab arte,ſed à Gratia fuit imbalſamatum, & aduerſus iniuriam temporum, & tactuum mirabiliter præſeruatum.

Excluſa antèm ex præmiſſis omni, & quacumque poſsibilitate introductionis in hoc Corpore cuiuſcumque Balſami,ſeù alterius æquipollentis, præſeruatiui, nil profectò releuat, quod Goſsipium,ſeù Vellus, quo Thorax in ſiniſtro latere parum ſupra coſtas confoſſus, repletus fuerat, deprehenſum ſit in parte interiori aliqualiter rubicans,ſeù, vt inquit *II. Peritus pag. 43. §. 4.*, *& VI. pag. 63. in fine*, ſanguineo colore pertinctum, ex quo Reuerendiſsimo Domino Promotori ſuſpicari poſſe videtur, quod ſaltem in ea parte aliquod Balſamicum introductum fuerit? Siquidem iſta etiam poſſibilitas prorsùs excluditur ex relatione Peritorum, qui diligentiſsimè manibus luſtrauerunt totum Thoracem, & teſtati fuerunt nil pænitùs in eo deprehendiſſe, vt videre eſt 43.§.*Poſt Capitis.*

Qui-

Quinimò in ea parte Thoracis, vbi deficit Costa, apparuit quidam quasi Sanguineus rubor, qui naturaliter, neque in Mortuo quatuor dierum potest durare, vt obseruauit *IV. Peritus pag.*58. §. 21., *& V. pag.*62. *in princ.*, nec ab vllo Balsamo, seù condimento deriuare potest, quia vt ipse affirmauit, hæc nigrescere faciunt partem, cui applicantur, & exindè manifestè deducitur, quod Corpus illud aliqua adhuc succosa, & molli substantia irroratur, quæ eius Vestigium in dicto albo vellere leuiter impressit, præsertim quia nunquam vllum emisit odorem, quem vtique contraxisset à Balsamis si ibi applicata fuissent.

Et quia Reuerendissimus Dominus Promotor perpensa integritate Capitis, quod absque vlla incisione repertum fuit examinandum proponit, an intra os, quod clausum firmiter existit, ità ut, nec dentes, nec eiusdem quæuis alia interior pars appareat, immitti potuerit aliquis liquor tantæ actiuitatis, & efficaciæ, vt ascendere potuisset ad Cerebrum, illudque imputre reddere, quæ quidem operatio necessaria etiam erat pro præseruatione oculorum; Supplicatur aduerti, quod hactenus in tota Arte Phisica, ac Medica, liquor iste, aut Spiritus adeò virtuosus, & efficax repertus non fuit, hinc in quacumque Imbalsamatione partes molles statim extrahuntur, & præcipuè Cerebrum, quod ob sui flaccescentiam magis peruium est corruptioni; Semperque recurrit eadem responsio. quod iuxtà maiorem actiuitatem huius spiritus, seù liquoris in rerum natura verè irreperibilis, magis illæ partes debuissent arescere, & exsiccari, & tamen sunt cæteris molliores, ac flexibiliores.

Nec refert, quod in Visitatione, & descriptione facta de anno 1609. nulla mentio habita fuerit de huius Sacri Corporis flexibilitate, ex quo in sensu Reuerendissimi Domini Promotoris, argui posse videtur, quod antiquitus hoc prodigium non innotuerit, quia satis aliundè apparet omnibus eam notam iam fuisse; Castellinus etenim, qui Typis ædidit suum tractatum de certitudine Gloriæ Sanctorum de anno 1628. *cap:6. num.*17. de ipsa amplissimè testatus fuit, & Contilor. qui scripsit de anno 1634. de ea pariter mentionem fecit in suo tractatu de *Canoniz. Sanctor. cap.*14. *num.*36., prout etiam eam pro indubitata præsupposuerunt Electi Ciuitatis Neapolis in prædicto Instrumento assumptionis in Patronum, dato in *Summ. Add.n.*3. *litt.G. H., & I.*

Deque ista flexibilitate fuit factum splendidum experimentum, vsque de anno 1631., nam cum porrectæ fuissent publicæ præces ad Corpus Beati, vt dignaretur ostendere, an libenter se pateretur adduci aduersus Incendium Vesuuij, quod Ciuitatem Neapolis omninò absorbere minabatur, in omnium conspectu eleuauit Crus, & cum peruenisset ad Pontem Magdalenæ eius brachio, ac si esset viuentis benedictus fuit globus Igneus, qui ex ore Vesuuij erumpebat, vt latiùs inferius demonstrabitur in probatione Quarti Miraculi, & Eminentissimus Dominus Cardinalis Vrsinus eam pariter agnouit, & sufficientem iudicauit ad conuincendum omnes Hæreticos, vt superius probatum fuit in §. *Verum etiam*, & ex datis in *Summ. num.*1.

Imò Noster Beatus, adeò antiquitus est in possessione huius Priuilegij, & adeo attentus eius Vindicator, vt cum quædam incauta

Iuuenis olim de eo dubitare præſumpſiſſet, ſtatim ſuæ Incredulitatis pœnas luit, vt probabitur in relatione Noni Miraculi.

Quamuis ad effectum, de quo agitur ſufficiat, quod flexibilitas huius Sacri Corporis in vltima Viſitatione concludentiſſime agnita, & probata fuerit, quia hoc euidenter demonſtrat etiam de tempore primæ extitiſſe, niſi velimus dicere, quod hoc ſit nouum, & ſuperueniens Miraculum, quod vere mirabilius eſſet.

Et quatenùs Reuerendiſſimus Promotor videtur deſiderare, quod ad probandam hanc flexibilitatem neceſſe ſit, vt ſubleuato vno membro, alia non ſubleuentur ſatisfacit *VI. Teſtis pag.* 12. §. 2., *& pag.* 15. §. 11., *& Teſtis XIX. pag.* 19. §. 23., qui referunt ei pluries eleuaſſe caput circumcirca illud mouendo, & deindè erigendo eius Brachia, & lumbos, & humeros, abſque eo quod aliæ partes mouerentur, & proſequitur *Teſtis XXI. pag.* 21. §. 25., *& XXX. pag.* 22. §. 26.. *& pag.* 25. *in princ.*, cum quibus concordant omnes Periti in eorum deſcriptione *pag.* 34. §. 5., & Vicarius Eminentiſſimi Archiepiſcopi *pag.* 36. §. 1.

Præter quam quod etiam in Corporibus Viuentibus ſubleuato vno membro per conſenſum ſubleuantur etiam connexa, ideo vis flexibilitatis non conſiſtit in hoc, ſed quod in eleuatione Partium non ſequatur diſſolutio Articulorum, & Sciſſura continui, vt bene aduertunt dicti Periti locis ſupra citatis.

Nil mirum igitur ſi omnes Iudices, Teſtes, ac Periti, qui hoc Beatum Corpus manibus tetigerunt, & contractarunt, & in quorum præſentia fuit etiam ad maiorem rei euidentiam ſpoliatum, & Indutum, abſque vlla partium diſcontinuatione, vt legitur in *Summ. pag.* 35. §. 7., Vnanimiter eius flexibilitatem iudicarunt eſſe miraculoſam omnemque circa hoc tollit dubietatem Iudicium Eminentiſſimi Domini Cardinalis Vrſini, qui (vt ſupra pluries prælibatum fuit) viſitando iſtud Sacrum Corpus eam ſpecialiter admiratus, prorupit, quod hoc ſolum prodigium ſufficiens erat ad conuertendum omnes Mundi hæreticos, quod nouiſſime ratificauit mediante Epiſtola directa Reuerendiſſimo Domino Promotori, ſub die 29. Decembris 1701., quæ habetur in præſenti *Summ. Numero Primo*.

Et quia Reuerendiſſimus Dominus Promotor aliqualiter adhuc dubitabat, an prædicta reſponſio Eminentiſſimi Cardinalis referretur ſolum ad Incorruptionem Corporis Beati, non autem ad eius flexibilitatem, voluit pro maiori certitudine iterum Eminentiam Suam de hoc requirere, & reſponſum habuit die 30. Martij 1702. his verbis conceptam = *Stupiſco, come poſſa cader dubio circa la fleſſibilità del Corpo del Beato Giacopo, poiche eſſendo quello eſiſtente puoſſi ad ogn'horà farſi l'eſperimento* = inſuper dignatus fuit authenticam de ea facere atteſtationem huius tenoris = *Teſtamur, qualiter nos paucis ab hinc annis retroactis cum eſſemus Neapoli deuotionis erga Sacrum Beati Iacobi Piceuatis, vulgo della Marca nuncupati Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia depoſitum, quod in Cappella propria Eccleſia Sancta Maria Noua Patrum eiuſdem Ordinis ipſius Ciuitatis aſſeruatur veneraturi aeceſſimus, ibique Nobis exiſtentibus, & deuotè, ac attentè inſpicientibus Venerabili Arca coram Patribus aperta Admodum Reuerendus P. Guardianus Sacrum Beati Corpus, & prœcipuè, Caput, & Brachia, tanquam*

quam Viui Corporis eleuare, extendere, flectere, & retrahere capit, vnde Membrorum flexibilitatem in Sacro huiusmodi Cadauere admirantes, Mirabilem Deum in suis Sanctis venerabundi laudauimus, & Hæreticorum perfidiam aduersus Sanctorum Reliquias insultantium ex hoc tantum confundi posse asseruimus. In quorum &c. vt latiùs habetur in *præsenti Summ. Addit. Num.*1.

Sed ne quid deesset ad Cumulum, hæc omnia nuperrimè confirmata fuerunt ex alia Epistola Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani transmissa ad Sanctissimum, sub die 14. Martij 1702., in qua inter alia de prædicta flexibilitate huius Beati Corporis amplissimè testatus fuit, quæ vt superiùs prælibauimus de eius permissione datur in *præsenti Summ. Addit. Num.*2.

Bene verum est, quod huiusmodi flexibilitas, & Mollities magis perspicua est in aliquibus partibus, veluti in Capite, Brachijs, Manibus, Digitis, Coxis, Cruribus, & Muscolis Intercostalibus, quam in alijs, vt videre est in Visitatione, quæ habetur in *Summ. pag.*34. §.5., & in Relationibus Peritorum, & Testium *pag.*41., & 49., & 58. §.22., & *pag.*60. §.25., sed ad quidditatem Miraculi non est necesse, quod eadem sit in omnibus partibus, & cum eadem Mensura; hinc Corpus Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, tantum circa Pulsum, & Genu repertum fuit molle, & tractabile, vt habetur ex actu Visitationis eius Corporis factæ à Iudicibus Remissorialibus, quam mutuauimus ab antiquo *Summario* impresso, vsque de Anno 1668. *pag.*45. *num.*17., & per extensum data fuit in Bononien. Canonizationis Beatæ Catharinæ à Bononia in Positione super Dubio de Miraculis, *pag.*310. *num.*4., & datur in *præsenti Summario Num.*5., & tamen hoc sufficiens visum fuit ad constituendum Miraculum flexibilitatis.

Vndè cum flexibilitas huius Corporis ab antiquis Authoribus, iàm contestata fuerit, eiusque continuatio controuerti nequeat attentis tot documentis, & validissimis probationibus, vtique de hoc euidenti Miraculo, quod patet omnibus dubitandum non videtur, proùt de Incorruptione, in qua fundatur, quæ quidem Incorruptio probatis Virtutibus (quæ iàm à Sancta Sede approbatæ fuerunt) faciliùs transire solet in Miraculum.

SECVNDVM MIRACVLVM

Perennitatis eiusdem Incorruptionis, & flexibilitatis.

EX præcedentibus autem nouum, & distinctum resultat Miraculum, quod ortum habuit vsque à diebus obitus Beati, & quotidie vltra duo Sæcula in eius Corpore renouatur, & quo magis diuturniùs, eo magis celebre, ac conspicuum est reputandum, nempè perennitas prædictæ Incorruptionis, & flexibilitatis; Nonnulli etenim effectus sunt Miraculosi tantum in fieri, vt est suscitatio Mortuorum, Cæcorum illuminatio, & similia, in quibus potentia naturalis semel miraculosè restaurata non indiget pro sui con-

conſeruatione extraordinario Dei auxilio, ſed ſufficit, quod ab ipſo tanquam Cauſa Vniuerſali, ſecundum Communes Naturæ leges reguletur; Nonnulli verò ſunt Miraculoſi non ſolum in fieri, verùm etiam in conſeruari, vt eſt Cadauerum Incorruptio, & flexibilitas, quiâ aduerſus ipſa principia deſtructiua indefinenter agunt, & pro eorum conſeruatione continuo, & aſſiduo Miraculo indigere videntur; Ideò huiuſmodi Conſeruatio videtur eſſe nouum, & quotidianum Miraculum diſtinctum ſaltem operatione à ſubiecto, in quo radicatur, vt docet *Scotus 3. ſent. diſtinct. 49. litt. F.*, *Card. de Laurea in 3. ſent. tom. 4. diſp. 21. art. 3. num. 112.*, & quod actio productiua ſit realiter à conſeruatiua diſtincta, rerumque conſeruatio ſit quædam repetita creatio recentiſſimè probauit etiam *Anton. le Grand. in ſua Inſtit. Philoſophic. par. 2. art. 14.*, *& part. 5. art. 5.*

Ex hoc infertur, quod maius Miraculum eſt conſeruatio huiuſmodi Sacri Corporis per 226. Annos, quam per 133. quot effluxerant vſque ad primam Viſitationem ſaltem reſpectu paſſi, cum actus defenſionis, & conſeruationis pluries renouari, & reiterari debeant in diuturna, quam in recenti conſeruatione.

Probatio autem, & releuantia huius præſtantiſſimi Miraculi, redditur prorsùs incontrouertibilis ex diligentijs, & experientijs factis in vltima Viſitatione, ac ex depoſitionibus Teſtium, & Petitorum datis *in Summario Primi*, *& Secundi Miraculi*, & multò magis ex aſſertione Eminentiſſimi Cardinalis Archiepiſcopi Neapolitani, quæ habetur in Epiſtola ſcripta ad Sanctiſſimum regiſtrata *in Summario Additionali Num. 2.*, ideòque meritò ſperamus eſſe calculandum pro Secundo, & diſtincto Miraculo, vt Sacra Congregatio facere conſueuit, proùt demonſtratum fuit in Informatione.

III. MIRACVLVM.

Odoris Spirantis ex Corpore Beati Iacobi.

Mirabilis fragrantia, nullique humano ſimilis odori, ſed quamdam Cæleſtem redolens ſuauitatem, quæ identidem ex Beati Iacobi Corpore exhalare percipitur; comprobata fuit non ſolum à Teſtibus datis *in Summario huius Tertij Miraculi*, verùm etiam ab alijs cumulatis *in Summario Primi*, *& Secundi veluti à VI. pag. 13. §. 5.*, *& pag. 14 per tot.*, *& pag. 17. §. 18.*, *necnon à XVIII. pag. 18.*, *& 19.*, *& 22.*, *& à XLI. pag. 38. §. 3.*, *& XLII. pag. 40. §. 5.*

Rursùs in eodem Summario regiſtrata fuit ampliſſima atteſtatio ſuper huiuſmodi odore in ſolidum facta ab omnibus Iudicibus Remiſſorialibus, & Subpromotoribus Fidei, ac Vicario Generali Eminentiſſimi Archiepiſcopi, omnibuſque Peritis, qui interuenerunt in deſcriptione Viſitationis factæ Corporis huius Beati, quæ habetur *in prædicto Summario pag. 35. in princip.*

Proùt

Proùt etiam in eodem Summario regiſtrata fuit pars depoſitionis, & relationis Secundi Periti, qui plures ſolidiſſimas aſſignauit rationes, cur odor iſte ſupernaturalis, & non artificioſus cenſendus ſit *pag.*47., & 48., vbi quod eius Domeſtici poſt peractam Viſitationem cum interrogabant = *Che odore è queſto, che portate addoſſo alla voſtra perſona* = quodque non ſolum eius manum diuturna ſuauitate affecit, ſed Animum etiam inebrauit extraordinaria lætitia, & conſolatione: Quod paritèr retulit Tertius Peritus, in cuius manibus odor iſte durauit tribus diebus, & teſtatur, quod dum cæpit exhalare, omnes Collegæ ad inuicem inter ſe dicebant = *Oh che bell'odore, oh che fragranza? queſto pare, che ſia di Paradiſo* = ſubdens quod eius Amici de ea admirati, licet ignorarent, quod interueniſſet huic Viſitationi inquirebant = *Che odore porti addoſſo?* = *dicto Summario pag.*75.

Adeſt etiam in *eadem Summario pag.* 59. §. 23. Pars depoſitionis Quarti Periti, & Quinti *pag.*62. §.27., prædictæque depoſitiones circa huiuſmodi odorem, quia connexæ eum depoſitionibus circa incorruptionem, datæ fuerunt in prædicto Summario; Nec breuitatis gratia fuerunt repetitæ *in Summario Tertij Miraculi*, in quo cætera ſunt regiſtrata ad hunc odorem pertinentia; Omnia itaque ſunt coniungenda ad magis releuandam eius probationem, & facilitandam Reſponſionem difficultatibus excitatis in Doctiſſimis Animaduerſionibus Reuerendiſſimi Domini Promotoris Fidei.

His igitur præmiſſis obſtare non videtur, quod in Viſitatione habita de Anno 1609. à nemine de hoc odore mentio facta fuerit, præterquam ab vno Teſte Sacerdote nuncupato Paulo Rocchetta, qui dicitur eſſe vnicus, & non iuratus.

Quo enim ad Iuramentum, Notarius teſtatur illud recepiſſe (proùt etiam à Iudicibus fuerat demandatum) ab omnibus *Vocatis* ſub quorum nomine compræhenderat etiam Teſtes, vt videre eſt in deſcriptione Viſitationis, quæ habetur *in Summario Obiectionali Num. Primo* §. *Qui omnes vocati*, & infra *verſ. ac etiam per dictos Vocatos*.

Quod verò hic Teſtis in deponendo de hac qualitate ſit vnicus parum refert, quia eſt aduertendum, quod Odor iſte duobus ſpecialibus Mirabilitèr eſt inſignitus; Primum eſt, quod non ſemper, ſed identidem ſpirat, vt præcæteris depoſuerunt duo Sacriſtæ Cappellæ Beati, nempè *Sextus Summario Primi*, & *Secundi Miraculi pag.*17. §.18., & *Quartodecimus*, *eodem Summario pag.*58. §.22., & concludentiſſimè comprobatum remanet ex actu vltimæ Viſitationis, in qua ſolum in fine, à Iudicibus, Peritis, Subpromotoribus, ac Teſtibus perceptus fuit, vt admittit etiam Reuerendiſſimus D. Promotor *in* §. *Controuerti*.

Imò ſtante huiuſmodi interpolata Odoris renouatione dicendum eſt renouari identidem etiam Miraculum, proùt nouum Miraculum reputatur, quod Sanguis Sancti Ianuarij aliquando ſoluatur, & ebulliat, & ex Bracchijs Sancti Nicolai aliquando profluat, aliquando Non.

Alterum verò, quod Odor iſte non communicatur omnibus, ſed tantum cui Deus vult, proùt etiam obſeruatum fuit de Odore profluente ex Corpore Sancti Raymundi de Pennafort, de quo in *Conſit.*77.

ſtit. 77. Clem. VIII. Bullar. tom. 3. pag. 115. §. 52. legitur = *Idem ſuauis Odor quandoque efflat, qui ab ijs ſentitur, quos Diuina Bonitas eo munere dignatur* =, & refert etiam *Bolland. tom. 1. ſub die 7. Ianuarij*, & de globo Ignis, qui de Capite Sancti Martini emicare viſus fuit, inquit *Sulpicius Seuerus Dialog. 2. de eiuſdem Virtutibus Cap. 2.* = *Hoc licet celeberrimo factum die in magna Populi multitudine viderimus, vna tantum de Virginibus, & vnus de Presbyteris, tres tantum videre de Monacis, cæteri verò cur non viderint non poteſt noſtri eſſe Iudicij.*

Nil mirum igitur ſi in actu primæ Viſitationis vnus tantummodò eum percepit, quia vnus ſolum forſan tunc dignus reputatus fuit Cæleſtem hunc Odorem percipere, cui propterea eſſe vnicus, gloriam auget, fidem non detrahit.

Verùm ne nihilominùs dubitari contingat, quod Odor iſte nouiſſimè tantum detectus fuerit, & quia parum antiquus minùs nobilis reputetur; Supplicamus aduertere, quod vſque de tempore primæ Viſitationis notiſſimus erat in Ciuitate Neapolis (quamuis, vt præmiſi, nec ſemper, nec omnibus ſe prodere conſueuerit) Hinc Electi eiuſdem Ciuitatis in Inſtrumento Aſſumptionis Beati Iacobi in Patronum ſtipulato de Anno 1625. ſignantèr de illo mentionem fecerunt, vt videre eſt *in præſenti Summario Additionali Num. 1. litt. G.*

Et etiam Teſtes examinati ante vltimam Viſitationem illum pro indubitato præſuppoſuerunt; quamuis in ratione Miraculi ſufficere debeat, quod in vltima Viſitatione detectus, & concludentèr probatus fuerit, quia antiquitas non eſt de ſubſtantia Miraculi, quodque nouitèr, ad glorificationem Seruorum Dei ſuperuenit, ſi communis naturæ leges excedit, Nouo Miraculo eſt tribuendum.

Quod autem Odor iſte non poſſit eſſe vlla arte humana procuratus, nec per Imbalſamationem, aut quodcumque aliud condimenti Genus excitatus, & immiſſus in Sacello, Vrna, Capſa, aut Corpore Beati; ità ab omnibus Teſtibus, Peritis, Iudicibus, ac etiam à Subpromotoribus Fidei diligenter inſpectum, euidentèr agnitum, & fundatiſſimè probatum fuit, excluſa quacumque poſſibilitate introductionis alicuius artificioſi, & adſcititij Odoris, vt nihil vltra deſiderari poſſe videatur.

Quinimò aliqui Periti ordinarijs diligentijs non contenti vltra progredi voluerunt ad ſe magis, magiſque certificandum, quod Odor ille non erat adſcititius, nec immiſſus, ſed ſupernaturalis; hinc Primus, poſt diligentiſſimè factam cum alijs Colleghis Beati Corporis recognitionem, petita licentia ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo illud manibus luſtrare iterum volnit extra, & intùs ab imo Ventris vſque ad Guttur, & nullum prorsùs in eo inuenit Imbalſamationis, aut cuiuſcumque alterius Odoris veſtigium, vt legitur *in Summario pag. 69. in fine, & pag. 70.*, eandemque diligentiam facere volnit etiam Secundus *pag. 71. §. 4.*, & Tertius, vt habetur *pag. 74.*, & Quartus *pag. 77. §. 8.*, qui vnanimitèr concluſerunt nihil artificiale ibi reperiſſe, ſed odorem hunc omninò eſſe ſupernaturalem, & Cælitùs immiſſum, coarctantes etiam negatiuam, quia videlicet ſi aliquid in dicto Corpore, vel Vrna fuiſſet reconditum, vtique non potuiſſet fallere

Cti-

Criterium eorum ſenſuum, & exactiſſimas tot inſignium Virorum diligentias; Secundus verò methodicè rem, ac per ſua principia examinando ſex validiſſimas rationes cumulauit ex quibus pœnitùs excluſa remanet omnis poſſibiliras introductionis cuiuſcumque humani odoris, Prima eſt, quod ſi aliquis odor intra Arcam, vel Corpus repoſitus fuiſſet, certè exhalaſſet cum primum Arca adaperta fuit, & tamen tres tantum poſt horas exhalauit; Secunda quia Goſſipium, ſeù Vellus, quod ex Sacro Corpore extractum fuit nullum reddidit odorem, imò etiam ipſum Sacrum Corpus dum ſpoliabatur nullum odorem emiſit; Tertia quia manus Medicorum, quæ per apertum inferiorem ventrem, ac per effoſſum latus vtramque cauitatem ingreſſæ valde ſenſibili tempore, intra illas ſteterant debuiſſent aliquem odorem ſuſcipere, & tamen nonniſi per tres circiter horas eum contraxerunt; Quarta quia oculatiſſimi Teſtes omnia diligentiſſimè perſcrutarunt, & nihil inuenerunt; Quinta quia odor ille nulli humano ſimilis eſt, & internum gaudium, & lætitiam inſpirat, Sexta demum, quia duobus integris diebus in eius manibus perdurauit, quod nullus ex humanis odoribus facere potuiſſet, vt videre eſt *in Summario pag.*47. & 48.

Non obſtat, quod Sextus Teſtis Sacriſta Cappellæ Beati dixerit hunc odorem ſendere ad Balſamum, quia non proindè concludit, quod proueniat à Balſamo, ſimile autem non eſt idem *Rot. dec.*307. *num.*17. *part.*16. *Recent.* Er Spiritualia ſenſibus communicari non poſſunt, niſi per ſpecies ſenſibiles, & materiales; hinc etiam Sponſa apud Eccleſiaſt. dicebat = *Sicut Balſamum aromatizans odorem dedi*, & tamen non intelligebat de odore materiali, ſed de Cæleſti.

Nil pœnitùs obſtante, quod ipſe Teſtis faſſus fuerit, aliàs non aduerriſſe illum odorem, quia (vt ſupra præmiſſum fuit) non omnibus, & ſemper patet, ſed ſpirat vbi, & quando vult; quod profectò humani, & naturales odores præſtare non poſſunt, qui ſemper, & eodem modo exhalare ſolent, & ab omnibus promiſcuè percipiuntur.

Cæterum omnes Teſtes, & Periti hunc odorem reputarunt incomparabilem, ſuauiſſimum, ſupernaturalem, nullique humano ſimilem odori; Hinc ſecundus Peritus *Summar. pag.*44. §. 5. ita ſe expreſſit = *Suauiſſimus odor ſpargitur, qui nullum ex noſtratibus odoribus imitatur, ſed Cæleſtem ſapit ſuauitatem*, & *pag.*48. *odor ſuauiſſimus eſt nulli ex communibus odoribus ſimilis*, & *pag.*50. *à mio parere non ſi poteua comparare con niun altro, ò naturale, ò artificiale.* Idemque teſtari etiam fuerunt Tertius *pag.*54. & 55., & quartus *pag.*59. §.23., & Quintus *pag.*62. §.27. omneſque Coniudices in eorum atteſtatione, quæ habetur *in Summ. pag.*79. ibi = *Et atteſtati ſunt, quod ipſi obſeruarunt, & ſenſu perceperunt odorem ſuauiſſimum, qui non tantum aromata, ſed aliquid aliud ſuauius, & iucundius efflabat* = Quod ſeorſim etiam confirmauit Renerendiſſimus Epiſcopus Fundanus in ſua Epiſtola ſcripta ad Sacram Congregationem, quæ habetur *in Summar pag.*81., & Reuerendiſs. Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in ſimili pariter Epiſtola regiſtrata *in Summar. pag.*82.

Quinimò etiam Dominus Canonicus Nicolaus Rota Fidei Subpromotor hanc veritatem teſtificando his verbis ſe expreſſit = *Senſi efflu-*

efflatum ex dicto Corpore quemdam iucundiſſimum odorem excedentem ſuauitatem cuiuſuis naturalis odoris = vt legitur in eius Epiſtola ſcripta ad Reuerendiſſimum D. Promotorem quæ habetur *in Summar. pag.* 85.

Cum igitur odor iſte (vt prædicti omnes deponunt) excedat ſuauitatem cuiuſcumque humani odoris, & cum ipſo nullus alius materialis ſubſtantiæ ſit comparabilis; Vtique ſupernaturalis, & miraculoſus eſt reputandus; prout ex hac circumſtantia prodigioſus reputatus fuit odor ſpirans ex Corpore Sancti Franciſci Xauerij, de quo legitur in Conſtitutione 4. ſa: me: Vrbani VIII. *Bullar. tom.* 4. *pag.* 18. §. 4. = *Odorum fragrantia ſpirabat, vt eſſet ſupra omnia aromata*.

Neque ex eo quod odor iſte modò ſentiatur, & modo non, redargui poteſt de imperfectione, quia eſt obligatio cauſarum ſecundarum, & materialium, vt ſemper eumdem producere debeant effectum; Supernaturalia autem aliam legem ſeruant; hinc vtendo exemplis ſuperius enunciatis, Sanguis S. Ianuarij aliquando efflorescit aliquandò non; & ex Brachijs Sancti Nicolai de Tolentino non ſemper profluit, ſed ſolum quando placet Altiſſimo; neque hoc vllam in eis indicat imperfectionem, & ſatis eſt quod odor iſte non faciat tranſitum de contrario ad contrarium, de bono ſcilicet ad malum; Addito quod hoc procedere præſumendum eſt ex diuerſa diſpoſitione Aſſtantium, qui iuxta eorum merita poſſunt digni effici ſentire, vel non ſentire hunc Cæleſtem odorem, quamuis quoad ſe perpetuum, & eſſentialiter radicatum in Corpore Beari.

Quinimò, vt euidenter pateat, quod odor iſte non neceſſario per flat, ſed liberè, nec omnibus eſt ſemper idem; Quamcumuis in vltima viſitatione omnes Teſtes Periti, Iudices, ac etiam Subpromotores Fidei illum perceperint, attamen duo inter alios ſpecialiter à Beato Iacobo diſtincti, & magis gratificati fuerunt; vnus in tempore, nempè Excellentiſſimus Comes de Lemos Generalis Triremium Regni Neapolitani, qui primus omnium hunc Cæleſtem odorem prælibauit, vt legitur *in Summ. pag.* 75. *litt. E.*

Alter verò diſtinctus fuit in diuturna eiuſdem odoris poſſeſſione, & gaudio, nempè Eminentiſſimus Archiepiſcopus; cuius Sudariolum, adeò intimè eius ſuauitate imbutum remanſit, vt etiam vſque in præſens aliquid de eo retineat; prout teſtatus fuit in eius particulari Epiſtola directa ad hanc Sacram Congregationem quæ habetur *in Summar. pag.* 80., & nouiſſimè etiam confirmauit in alia ſcripta Sanctitati Veſtræ, quæ de eius permiſſione datur *in Summ. Additionali Num.* 2.

Ad obiectum verò, quòd potuerit per os licèt arctiſſimè clauſum introduci aliquod balſamicum, quod totum Caput præſeruare valuerit à corruptione, & ſuauem illum odorem exhalare; Videtur ſufficienter ſatisfactum fuiſſe in Reſponſione ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi Domini Promotoris ſuper primo, & ſecundo Miraculo §. *Et quia &c.* Ideoque vlteriori reſponſione res indigere non videtur.

At quia idem Reuerendiſſimus D. Promotor deſiderasſe videtur, quod Corpus Beati in actu viſitationis extractum fuiſſet à Capſa, in qua repoſitum iacet, vt in re tanti momenti ea, qua par eſt diligentia deprehendi poſſet, vtrum in aliqua eius parte adeſſent veſtigia ali-

alicuius odoris extrinſecus immiſſi, & præcipuè in ore; ſatisfaciendo eius inſtantiæ, dicimus, quod eadem curioſitate permoti omnes Iudices, & Periti, ne vlla fraus ipſis, & ſub eorum fide alijs quoque fieret; voluerunt, quod Sacrum Corpus ex Arca extraheretur, vt melius omnia inſpici poſſent, & nihil omninò ibi repertum fuit; prout exactiſſimè retulit Reuerendiſſimus Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in ſua Epiſtola directa ad hanc Sacram Congregationem *Summar. Tertij Miraculi pag.*82. ibi = *anzi non s'inteſe quando la detta Caſſa ſi aprì, ne quando ſi oſſeruò il Corpo di detto Beato, e ſi tirò fuori dall' Arca per oſſeruarlo meglio &c.*

His igitur ſtantibus cum ſecundo Perito concludere poſſumus = *Quare Miraculum ſapere hæc Nobis videntur, nimium Corporis incorruptionem partium continuitatem, blandum mollemque tactum; Quarumdam flexibilitatem; Spiratam denique odoris fragrantiam, & ſuauitatem, &c. vt legitur in Summ. pag.*48. §.9.

SVMMARIVM ADDITIONALE.

Num. 1.

Particula litterarum Eminentiſſimi Domini Cardinalis Vrſini Archiepiſcopi Beneuentani ad Illuſtriſſimũ, & Reuerendiſſimũ D. Promotorem Fidei ſuper flexibilitate Corporis Beati Iacobi, cuius Original datur in manibus Eminentiſſimi Ponentis.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signore.

Omiſſis alijs ad rem non facientibus.

GOdo, che nell'età di 81. anno poſſa ſeruire al Beato Giacomo honore di Napoli; E veriſſimo, che nell'adorare il di lui Corpo diſſi, *che queſto Sacro Corpo baſtaua à confondere la proteruia de gl'Eretici, che inſultano contro il Culto delle Sacre Reliquie*; Egli il Santo conſolidi la Sanità di V. S. Illuſtriſſima, che tanto è gioueuole alla Chieſa, & inſieme glie la impetri da Dio diuturna per molti, e molti anni, anche per conſolatione di me, che ſono obligatiſſimo.

Di V.S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima

Beneuento 29. Decembre 1701.

Seruitore di Cuore
Fr. Vincenzo Maria Card. Arciueſcouo.

Alia particula Epiſtolæ eiuſdem Cardinalis ad eumdem Reuerendiſſimũ Dominum Promotorẽ ſuper eadem flexibilitate, cuius Original datur, vt ſuprà.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signore.

La Viſita riceuuta di nuouo a' 14. del cadente da Noſtro Signore mi hà impedito d'vbidire à V.S. Illuſtriſſima coll'anneſſa teſtificatione. *Stupiſco, come poſſa cadere dubio circa alla fleſſibilità del Corpo del Beato Giacopo*, poiche eſſendo quello eſiſtente, puoſſi ad ogn'hora farne l'eſperimento. Tanto raffermo à V.S. Illuſtriſſima, come Teſtimonio di veduta &c. e reſto colle mie obligationi al ſolito.

Di V.S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima

Beneuento 30. Marzo 1702.

Seruitore di Cuore
Fr. Vincenzo Maria Card. Arciueſcouo.

Atteſtatio authentica eiuſdem Eminẽtiſſimi Cardinalis ſuper eadem flexibilitate, data Originalitèr Eminentiſſimo Ponenti.

Fr. Vincentius Maria Ordinis Prædicatorum Miſeratione Diuina Epiſcopus Tuſculanus S. R. E. Cardinalis Vrſinus S. Beneuentanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras atteſtationes litteras inſpecturis, lecturis, pariterque audituris, & præſertim Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Proſpero Bottinio Archiepiſcopo Myrenſi in Romana Curia Fidei Promotori, notum facimus, atque teſtamur, qualiter nos paucis ab hinc annis retroactis cum eſſemus Neapoli deuotionis erga Sacrum B. Iacobi Picenatis vulgò *della Marca* nuncupati Ord. Min. S. Franciſci de Obſeruantia depoſitum, quod in Cappella propria Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Nouæ PP. eiuſdem Ordinis

ipſius

ipſius Ciuitatis aſſeruatur, veneraturi aceeſſimus, ibique Nobis exiſtentibus, & deuotè, ac attentè inſpicientibus, venerabili Arca coram Patribus aperta, Admodum R. P. Guardianus Sacrum B. Iacobi Corpus, & præcipuè Caput, & Brachia tanquam viui Corporis eleuare, extendere, flectere, & retrahere cæpit, vndè membrorum flexibilitatem in ſacro huiuſmodi Cadauere admirantes mirabilem Deum in ſuis Sanctis venerabundi laudauimus, & hæreticorum perfidiam aduerſus SS. Reliquias inſultantium ex hoc tantùm confundi poſſe aſſeruimus; In quorum fidem præſentes noſtra manu ſubſcriptas, noſtroque ſolito ſigillo muniras expediendas iuſſimus; Darum Beneuenti ex noſtro Archiepiſcopio die 30. Martij 1702.

Fr. Vincentius Maria Cardinalis Archiepiſcopus Epiſcopus Tuſculanus.

Regiſtrata in lib. Patent. tom. 3. fol. 81.

Loco ✠ ſigilli.

P. Canonicus Sanctorius Cancellarius.

BEATISSIMO PADRE.

Num. 2.
Epiſtola Emi D. Cardinalis Cantelmi ad SS. D. N. Papã Clementé XI. ſuper incorruptione flexibilitare, & odore Corporis B. Iacobi, cuius origiual aſſeritur reperiri, prout hic iacet in manibus SS. D. N.

Hauendo vna riuerente fiducia, che Voſtra Santità inclinî colla ſua ammirabile pietà ad aſcriuere ne i Faſti de' Santi il Beato Giacomo della Marca, quando ſiano riconoſciute per valide le proue del Proceſſo da me formato, e già traſmeſſo alla Sac. Congregatione de' Riti, mi riconoſco obligato come Paſtore in queſta Città beneficata dal ſudetto Beato in tempo della ſua Vita, e doppo la morte coll' impetratione di molte grarie Miracoloſe, ad vmiliare con profondo riſperto à i piedi Santiſſimi di Voſtra Beatitudine le ſuppliche mie, e di queſto Publico per il conſeguimento della ſoſpirata dichiarationc dettata à Voſtra Santità dall'Oracolo infallibile dello Spirito Santo; e perche la Diuina Prouidenza ſuole permettere nuouo ſegno prodigioſo nel tempo, in cui ſi tratta la Canonizatione de' Santi, deuo vmilmente teſtificare à Voſtra Beatitudine, che due anni ſono in circa, facendo per commiſſione della detta Sacra Congregatione con due altri Veſcoui Congiudici la ricognitione del Sacro Corpo del ſuderto Beato, fù non ſolo da noi tre, ma dalli Periti, e Teſtimonij ritrouato il detto *Sacro Corpo immune da ogni corruzzione*, fleſſibile negli artieoli delle membra ſpecialmente in quello del collo atto à tutti i moti, che ſuol fare vn Corpo viuo, e dotato di morbidezza nella pelle, e carne, il che ſpecialmente ſi offeruò nell'apertura del fianco ſiniſtro, dà doue fù eſtratto vna Coſta per riporla in vna Statua d'argento, quando il Beato fù dichiarato Protettore di queſta Città, mentre la ſudetta apertura dà il commodo di taſtare la Carne, che è arrendeuole, e morbida, come ſe foſſe viua, ma ſopra tutto nella pre-

narrata recognitione del Sacro Corpo verſo il termine della funzione, e non prima eſalò da eſſo vn ſoaue, e gratiſſimo odore ſentito con ammiratione da gli Aſſiſtenti, ma non da tutti nel medeſimo grado, ed io in ſpecie; eſſendo più dubbio, che certo d'hauerlo ſentito nell'atto della funzione; quando poi me ne tornauo à caſa, oſſeruai nel fazzoletto, prima priuo d'ogni odore bagnato notabilmente dal ſudore abſterſo dal mio volto, mentre per molto tempo ſtauo inclinato all' oſſeruatione predetta, vn'odore molto ſenſibile, e ſoaue, il quale ceſsò parimente impreſſo per lo ſpatio di due giorni nelle proprie mani, e sì dalli due Veſcoui Congiudici, come dagli altri Miniſtri, che interueniuano nella Congregatione per la ſudetta Cauſa fù oſſeruato alcuni giorni doppo il detto fazzoletto aſſai odorifero, come ſi è conſeruato per altri Meſi ſuſſeguenti, ed anche hoggi rende qualche veſtiggio dell'odore in conformità di ciò, che hò teſtificato nella lettera reſponſiua alla Sacra Congregatione ſotto li 14. Giugno dell' anno paſſato in occaſione d'inuiarle il Proceſſo; onde ſperando, che il Beato col merito delle ſue heroiche Virtù, e de i ſegni prodigioſi mouerà l'animo Religioſiſſimo di Voſtra Santità alla deſiderata Glorificatione, imploro con profonda genufleſſione la ſua Pontificia benedizione, mentre bacio à Voſtra Beatitudine vmiliſſimamente li Santiſſimi Piedi.

Napoli li 14. Marzo 1702.

Num. 3.

A

Inſtrumentum Electionis S. Iacobi in Patronum factæ à Ciuitate Neapolis die 20. Octob 1625. originaliter datum Emi Ponenti.

In Dei nomine Amen. Anno Iubilei à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto; die verò vigeſima ſexta Menſis Octobris Indictione nona Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Vrbani Octaui anno tertio; Regnante Catholico, & Inuictiſſimo Domino Noſtro Philippo IV. de Auſtria Dei gratia Rege Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ac Portugalliæ &c. Anno eius quinto feliciter Amen. Nos Ioannes Leonardus de Aulifio de Neapoli Regius ad contractus Iudex, Franciſcus Antonius Stinca de eadem Ciuitate Neapolis publicus vbilibet per totum prædictum Regnum Siciliæ citra Farum Regia, & vbique per totum Orbem Apoſtolica auctoritate Notarius habens amplam poteſtatem mea acta publica quæcunque per aliorum quorumcumque ad id, per me eligendorum manus poni, ſcribi, & in publicam formam redigi, & aſſumi faciendi, vt infrà. Et Teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, atque rogati. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die cum licentia ad maiorem cauthelam obtenta à Reuerendiſſimo Vicario Generali Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Decij Cardinalis Carraffæ Archiepiſcopi Neapolitani.

B

Conſtituti omnes Deputati omnium Ordinum, ſeu Sedilium Ciuitatis Neapolis.

Conſtituti in noſtri præſentia Neapoli in Templo Sanctæ Mariæ Nouæ, quod incolunt Admodum Reuerendi Patres Fratres Minores de Obſeruantia, & propriè ante Altare Maius, vbi aſſeruatur Prætioſiſſimum Chriſti Domini Corpus, infraſcripti Deputati à ſingulis quibuſque Nobilium huius Fideliſſimæ

liſſimæ Ciuitatis Ordiuibus, ſeù Sedilibus, nec non à Fidelissima Platea Populi ad præſentem actum, vt infrà videlicèt: Pro Platea Sedilis Nidi D. Tiberius Carrafa Princeps Biſiniani, & Scillæ, D. Fabritius Carrafa Princeps Roccellæ miles aurei Velleris, ac Princeps Sacri Romani Imperij; Iulius de Sangro; Aſcanius de Bononia, Marius de Bononia, & Scipio Milana; Pro Platea Sedilis Portus Regius Conſiliarius Felix de Ianuario, Don Ferdinandus Paganus, Ioannes Vincentius Macedonius quondam Mutij, Camillus de Dura, & Don Hieronymus Seuerinus; Pro Platea Sedilis Montaueæ Regius Conſiliarius, Ioannes Franciſcus Sanfelicius Deputatus, & Theſaurarius, Franciſcus Roſſi, & Cæſar Coppoli; Pro Platea Sedilis Portæ Nouæ Anibal Capuanus, & Mattheus Coppula; Pro Platea Sedilis Capuanæ Carolus Filomarinus, D. Leonardus Tocco deſpoticus Romaniæ, & arte, Fulurus Caracciolus, Lutius Caracciolus, Horatius Caracciolus quondam Hectoris, & Marcellus Filomarinus; Pro Platea fidelissimi Populi V. I. D. Ioannes Baptiſta Apicella Electus, & Deputatus, V. I. D. Auguſtinus Dauid, V. I. D. Petrus Antonius Caſtrouillari, Art; & Medic. Doctor Iulius Cæſar Porcelli, Iacobus Pinto Actorum Magiſter M. C. Vicariæ Deputatus, & Theſaurarius, Fælix Pignella Prorationalis Reuerendæ Cameræ Summariæ, Ferdinandus de Ferdinando Deputatus, & Procurator dictæ fidelissimæ Plateæ, Ioannes Andreas Baſſus, Notarius Franciſcus de Rinaldo, Andreas Pulce, Franciſcus Tartaglia, Bartholomeus Campagna, Ioannes Hieronymus Magliulo, Marcellus Manna, Ioannes Benedictus Iouere, Aſcanius de Vino, Ioannes Petrus Morſo, & Marcus Antonius Ranucus.

C In Templo S. Mariæ Nouæ Fratrum Minorum de Obſeruantia.

Omnes Deputati prædicti vt ſupra publicè declararunt hanc fidelissimam Vrbem ex eo tempore prorſus, quo Beatus Iacobus de Marchia Prædicator Apoſtolicus, & Extirpator hæreſum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Regularis Obſeruantiæ in lucem prodijt, ne dum ad extremum vitæ diem, qui fuit de anno milleſimo quatricenteſimo ſeptuageſimo ſexto die vigeſima octaua Nouembris; verùm vſque ad hodiernum diem erga Beatum eumdem maxima ſemper deuotione, ac reuerentia fuiſſe affectam, vt erga illum nimirum, qui terrenas ſordes abhorrens in Dei Spiritu perſeuerans, aſperrimis itineribus laboribus indefeſſis, vigilijs penè incredibilibus aſſiduis orationibus, empyrea vſque limina penetrantibus pernox, perdiuſque ſtudens tantum beneficiorum cumulum, & eiuſdem Ciuitatis fidelissimæ conterraneis, & totius Orbis Incolis Deo Optimo Maximo ſuffragante eſt impartitus. Teſtes ſunt Corporis eius ad annorum centum quinquaginta ſpatium integritas eiuſdem Corporis odor mirus diffuſus, candor, vigor, carnis ad viuum accedens color, habilitas, agilitas, & quoquo velis mobilitas, vndè ſæpiſſimè infrà annum (quod cunctis exiſtit admirationi) mira facilitate alijs, atque alijs operitur veſtibus, quæ tum in ipſa fidelissima Ciuitate, tùm in cæteris Orbis partibus mirabilia,

D Vnanimes declararunt ſemper prædictam Ciuitatē fuiſſe deuotam B. Iacobi de Marchia.

E Qui omnibus beneficus extitit, & præcipue Neapolitanis

F Cuius Corpus poſt 150. annos adhuc eſt integrum.

G Odoroſum coloratum flexibile.

H Mira facilitate ſpoliatur, & veſtitur.

lia, innumeraque edunt Miracula. O verè felicem nimium, nimiumque Beatum, qui Cœlicam vitam deguit in Terra, & ſub humanis membris Angelicum potiùs, quam humanum omnibus ſe dederit cum ſtupore prædicandum. Vndè licet ex eadem fidelissima Ciuitate non fuerit oriundus, omnium tamen capit animum cæleſtis pietas, ſummuſque amor, quo in noſtros Ciues poſt habitos Picenos lares multos iàm annos Neapoli ducens ardentiſſimè flagrauit, vbi inſupèr quam piè, quàm religiosè vixerit, vel quæ, quotque Miraculorum ediderit portenta, quantumuè gratiarum cumulum eiuſdem Ciuitatis Incolis, & Accolis omnibus ab Altiſſimo impetrauit, de tot millibus illud vnum de Ferdinando Rege noſtro erit exemplum. Vehementi febre laborabat bonus Rex noſter, omnique ſpe deſtitutus, ac prorsùs deſperata ſalute feſtinato funere ad mortem properabat, quando ecce Beatus Iacobus Regis præſentiam adijt, præſto adfuit, & præſentem ſanitatem, inſperatamque ſalutem ſuis orationibus tam ſubito ope diuina ibi fuit elargitus vti rediuiuum Regem, & à mortuis exuſcitatum eiuſdem Beati precibus fuit à cunctis conclamatum. Hinc factum fuit, vt Rex ipſe ſibi, & Regno prouidè, ſollicitè, ac ſagacitèr conſulens in manibus prædicti Beati Iacobi Corpus, Animam, liberos, domum totam, Regnum ipſum, & præſertim hanc fideliſſimam Vrbem poſuerit. Accedit etiàm, quod cum præfati Regis filius grauitèr infirmaretur, & grauius, vehementiuſque ad portus mortis vſque (vt aiunt) afflictaretur, accerſitus Beatus Iacobus, accurrit, auolat, & morientis ægroti apprehenſa manu ne morbi huius (inquit) ſæuientem vim pertimeſcas, futurum eſt enim, vt ex infirmitate iſta conualescas, & vt hac victrice dextera Turca fetus ex Italicis liminibus expellatur (Mirabilis Deus in Sanctis ſuis) prodigioſum, ac adeo verax fuit vaticinium, vt ſtatim reſumptis viribus ingraueſcenti morbo releuatus eſt Iuuenis, & ſæuientem Turcam, eiuſque munitiſſimam Claſſem totius Italiæ maria infeſtantem, populoſque Hidruntinos fædiſſimè deuaſtantem, non minori cum eiuſdem Regni, & fideliſſimę Ciuitatis iubilo, quàm beneficio, quàm citiſſimè profligauit. Semper igitur Beatus Iacobus potens fuit in opere, & ſermone, ne dum in vitæ curriculo, verum poſt fæliciſſimam eius mortem, quippè qui vita functus Beatus Pater multis apparuit Principibus, viris primarijs, ciuibuſque quamplurimis tribuens eiſdem ſua munifica largitate quidquid optarint, quidquid petierint, Animarum, corporumue beneficia potiora: Vndè nec Domus eſt in hac fideliſſima Ciuitate, vt innumeras gratias, innumeros fauores, & prærogatiuas eius meritis à Deo non obtinuerit; & quod magis eſt præcipuis Beati Iacobi precibus peſtis quælibet, & maximè illa, quæ nupèr illam peruagari formidabatur Vrbem noſtrám nunquàm attigit, nec Deo auſpice, & Beatæ Virginis arridente auxilio in futurum attinget incorruptibilitas Beati Corporis in huius teſtimonium adeſt.

I Plaſque breuia innumera edunt Miracula.

L Ferdinandum Regem ſanat.

M Qui in eius manibus ſe, liberos, Domum, Regnum, ac Ciuitatem Neapolis puſuit.

N Sanat deinde Regis filium.

O Eique Victoriam contra Turcas prædicit.

P Pluribus poſt mortem apparet, & gratias impetrat.

Q Nec Domus eſt in Ciuitate Neapolis, quæ ab eo nõ fuerit benificata.

R Ipſaque fuit à Peſte olim præſeruata.

Quarum

Quarum rerum fama permotus Sanctiſſimus ille Leo huius nominis X. anno milleſimo, quingenteſimo decimo quinto, & ſui Pontificatus tertio; die ſecundo Auguſti, vt in eius Bulla certius fit, indulgentiam conceſſit ijs omnibus, qui, dum Beati Iacobi ſuccinitur Antiphona, in eius adſunt Sacello.

S. Leo V. Indulgentiâ conceſſit ijs, qui viſitarent eius Sacellum. eiuſque Antiphonam canerent 1515.

Et anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto inuictiſſimus, ac ſemper Auguſtus Carolus Imperator eius nominis Quintus licteris, & Nuncijs ad id ſpecialitèr delegatis petijt à Domino Clemente Septimo, vt Beatum Iacobum Cathalogo Sanctorum adſcriberet; vt ſucceſsiuè id ipſum ſuſceperunt, ac procurarunt Catholici Reges Philippus Secundus, & Tertius, non modò licteris grauiſsimis, & pijſsimis precibus, ſed & ſumptibus maximis huius fideliſsimæ Ciuitatis, & à maximæ auctoritatis inter Nuncijs à Summis Pontificibus obnixè, ac nimis anxiè afsiduè hoc ipſum eſt expetitum, & nupèr Rex noſter, ſemper inuictiſsimus Philippus Quartus certiſsimis, & obſequentiſsimis licteris petijt à Pontifice Maximo, vt Diuorum numero eumdem Beatum Iacobum conſcribere dignetur.

T. Carolus V. Inſtetit prò eius Beatificatione.

Quorum iuſtis petitionibus annuens Vrbani Octaui Beatitudo, quam citius ad prædicti Beati canonizationem proceſſura: Octauo Kalendas Nouembris Anni milleſimi ſexenteſimi vigeſimi quarti, non ſolùm illum nominauit, ſanciuit, & declarauit Beatum, verùm ad maiorem eius reuerentiam Officium, & Miſſam conceſsit.

V. Et Vrbanus VIII. de anno 1624. eum beatificauit;

Ipſa igitur fideliſsima Ciuitas ſui pretioſi Corporis inclytum theſaurum ſe poſsidentem aduertens, & diligentèr conſiderans, quod tenetur inceptum Canonizationis actum exequutioni quamprimum mandare, pro nunc in correſpondentiam tantæ gratiarum immenſitatis, tàm magni Miraculorum numeri; tot Ciuium, & Populorum frequentis petitionis, cernens inſuperèr tantam Chriſtifidelium pietatem, & tàm certam afsiduorum beneficiorum tutelam decreuit, ſanciuit, ordinauit, ac omnium ferè Ciuium acclamatione declarauit in prædictorum omnium memoriam eumdem Beatum Iacobum Vrbis Patronum eligere ſpecialitèr adſcribere, & libentiſsimè adoptare. Quapropterèr diebus præteritis conuocauit in ſuis quoque ſedilibus, & Platea Nobiles quoſcunque, & Populares, illiſque omnium communem Sententiam propalauit adſcribendi nimirum Beatum Iacobum inter cæteros Vrbis noſtræ Patronos, Tutelareſque, & communi Voto, communique plauſu, cunctis ſuffragantibus maximo cordis iubilo ſanciuit eum eſſe eligendum in certum Vrbis Patronum, & Tutelarem, & ad hunc effectum tranſtulit in Deputatos prædictos omnis poteſtatis plenitudinem neceſsariam ad huiuſmodi muneris executionem, promittendi ſcilicèt, iurandi, ſe obligandi, Inſtrumenta conficiendi, & cætera præſtandi; proùt in actis eorum ſedilium, & fideliſsimæ Plateæ latiùs continetur, ad quæ habeatur relatio.

X. Ipſa igitur Ciuitas cupit cauſam eius Canonizationis prò equi, & perficere,

Y. Interim eum declarare propoſuit in ui Patronum.

Z. Prout eum communibus Votis, & plauſu elegit, & declarauit dans prædictis Deputatis omnem facultatem ad hunc effectum neceſsariã,

Quarè prædicti Deputati loco, & tempore, vt ſuprà fideliſsimæ Ciuitatis dictam voluntatem executioni demandare volentes Beatum Iacobum de Marchia Ordinis Minorum S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ in Patronum, ac in peculiarem

AA. Prædicti Deputati exequuntur facultatem ſibi conceſsam.

Ciui-

BB

B. Iacobum in Patronum, & Tutelarem d. Ciuitatis elegerunt, & declararunt.

Ciuitatis Protectorem accipiunt, & adoptant, vt hactenùs habuerunt Sanctos Præsules Ianuarium, Aspren., Athanasium, Euphebium, Arippinum, & Seuerum, nec non, & Agnellum Abbatem, & Ecclesiæ lumen. Thomam Aquinatem, & Beatum Andream Auellinum. Eumdemque Beatum Iacobum obnixè, humilitèrque rogant, vt potentissima sua apud Deum intercessione, tùm vt Ciuitatem eamdem in auita Religione, & verò Dei Cultu, quo ab Apostolo Petro, dum Antiochia Romam peteret, imbuta fuit conseruare, & manutenere dignetur; tùm vt Catholicum Regem Philippum Quarrum Fidei Propugnaculum diù seruet incolumen. Ciuitatem posteà ipsam in antiqua erga Regem suum fidelitate corroboret bella, famem, pestilentiam, morbos omnes quàm longissimè auertat ab ea, Ciuium inter se dissidia conciliet, serenetque erumpentem fortè seditionem quamcumque funditus extirpet: Magistratuum Iuri reddendo Præpositorum mentes illuminet, & omnia denique præstet iuxtà debitum ei erga nos Paternum Patrocicium.

CC

Rogant, vt se eius intercessorem apud Deũ præstare velit.

DD

Quàm electionem Iuramènto confirmarunt,

Quam electionem, & susceptam protectionem prædicti Deputati Iuramento confirmarunt, tactis Sanctis Dei Euangelijs, & me prædictum Franciscum Antonium Stinca publicum Apostolica, & Regia authoritatibus dictæ fidelissimæ Ciuitatis Notarium roganerunt, vt hæc omnia ad futuram memoriam meis tabulis consignarem.

EE

Et deinde eius Sacellum Visitarunt.

Demùm acclamante Populo, & Beati nomen iterante, accersitisque etiam Deputatis prædictis vna cum eo ad Sacellum, vbi asseruatur eiusdem Beati Iacobi Corpus, & humilitèr ad sua Vota inuocantibus.

FF

Et de eo super præmissis factum fuit publicum Instrumentum.

Vndè ad requisitionem admodum RR. PP. Ordinis Minorum Obseruantiæ factum est exindè de præmissis hoc præsens publicum Instrumentum per manus alterius scribæ ad id per me electi fidelitèr scriptum, signoque, & subscriptione mei, qui supra Iudicis, & nostrum subscriptorum Testium, subscriptionibusque roboratum vigore, & auctoritate cuiusdam Regij Decreti, & licentiæ mihi concessæ describi, & reassumi faciendo omnia Instrumenta, & contractus per me stipulatos, & stipulandos, ac stipulata, & stipulanda per manus aliorum scribarum per me eligendorum, proùt ex dicto Decreto, & licentia mihi concessa sub die vltimo mensis Ianuarij 1618. penes Ioannem Antonium Giselmum Reginm Scribam mandati apparet.

GG

Testes.

Præsentibus Iudice Ioanne Leonardo de Aulisio de Neapoli Regio ad contractus, Don Troiano Spinello Principe Oliueti, Antonio de Oria Marchione Sancti Stephani, Fabio Caracciolo quondam Horatij, Cæsare Gesualdo, Don Astaldo Francisco di Luna, Marco Caracciolo, Antonio Spinola, Cornelio Spinola, Octauio Serra, Ioanne Maria Spinula, Paulo Serra, Stephano de Oria, Paulo de Oria, Pagano de Oria, Don Hieronymo Riccardi, Marco Antonio Capano, Ioanne Donato Correggio, Francisco Popoleschi, Raphaele Roccellai, Don Aloysio de Vega Secretario Ducis Pastrani, Capitanco Cæsare Cardito, Fratre Francisco Sanctoni Milito

Hiero-

Hieroſolymitano, Donno Petro Antonio Curcio Sacriſta Sancti Ioſeph, Donno Laurentio Ruſio, Don Horatio Belliſſimo, Donno Laurentio Caputo V. I. D., Donno Gabriele de Ambroſio Ebdomadario Sancti Ioannis Maioris, Donno Io: Baptiſta Minto S. T. P. Donno Antonio Caritio, Donno Io: Antonio de Auliſio, Donno Franciſco Antonio Preſterio, Donno Franciſco Caſerta, V. I. D. Ioanne Baptiſta Criſcono, V. I. D. Ioanne Baptiſta Pulce, V. I. D. Thoma Antonio de Martino, V. I. D. Andrea Pagano, V. I. D. Ioanne Laurentio de Agoſta, V. I. D. Bartholomeo Criſto, V. I. D. Auguſtino Sageſio, V. I. D. Andrea Caſtellutio, Notario Ioanne Marino Stinca, Notario Lelio de Franco, Notario Ioanne Andrea de Aueta, Notario Saluatore Cuſentino, Notario Auguſtino Migliaccio, Notario Franciſco Ruſſo Artis, & Medicinæ Doctore Flaminio Graſſo, Art., & Med. Dott. Ioanne Dominico Gaudio, Oratio de Oria, Franciſco de Gaudio, Ioanne Leonardo Adinolfo, Franciſco Migliaccio, Ioſeph Scorzello Regio Cancellario, Ioanne Dominico Iordano Regio Cancellario, Anello de Mari, Carolo Sancto Antonio, Thoma Anello Arcutio, Franciſco de Biſogno, Pompeo Barbarino Secretario Fortificationis, Ioanne Dominico Siniſcalco Secretario Deputationum extraordinariarum dictæ fideliſſimæ Ciuitatis, Didaco Coſma, Andree Piſante, Michaele de Gheuara, Thoma Anello de Mare, Franniſco Palatino, Clerico Ioanne Iacobo Spirito, Iulio Ferigno, Franciſco Perſia, Nicolao Filiberto, Franciſco Antonio Ruſſo V. I. D. Antonio Auſeda, Ioſepho Fractaſio, Iacobo Riccio, Ioanne Thoma Arcomano, Carolo Piſante, Hieronymo Nartaro, Pompeo Ferigno, Franciſco Ricciardo, Iuliano Perrone, Franciſco Storace, Ioanne Leonardo de Rinaldo, Andrea Siccoda, Franciſco Criſcolo, Antonio del Core, Iulio Paudolphino, Ioanne Dominico de Henrico, Iacobo Ambroſino, Ioanne Franciſco Bruno, Franciſco Mariconda, Hieronymo Moſcarella, Scipione Penſa, Aloyſio Pacella, Marcello Silueſtro, Franciſco de Simone, Ioſeph de Viuo, Ianuario Pollio, Franciſco de Prouida, Ioanne Aloyſio Valletta, Marco Antonio Graſſo, Tullio de Auria, Pantaleo Patella, Ioanne Baptiſta Nigro, Antonio de Neapoli, Paolo Giannone, Hieronymo Tango, Pirro Aloyſio Coluccia, Stephano de Hippolito, Ioanne Guano, Io: Petro Maſſaro, Antonio Muſcettula, Ioanne Baptiſta Faſano, Marco Antonio Chiocca, Leonardo Caputi, Scipione Magarella, Rinaldo Gallo, Ioſeph Riſpulo, Fanciſco Attaneſio Pace, Ceſare Saluati, Vincentio de Vendictis, Ioanne Poggio, Iacobo de Mari, Bernardino Curatolo, Franciſco Antonio Galletto, Matthia Cemmino, Carolo Manfredi, Tibio Mazzola, & alijs in numero copioſo.

Extracta eſt præſens copia ex Actis quondam Notarij Franciſci Antonij Stinca de Neapoli, quæ ad præſens per me conſeruantur, ſalua meliori Collatione &c. Et in fidem ego Notarius Gregorius Seruillo de Neapoli ſignaui requiſitus. Datum Neapoli die 4. Martij 1702.

Extractio copiæ facta à publico Notario.

Nos Abbates Hieronymus Tarinus, & Iuſtinus Antonius Gentilonus V. I. Doctores Prothonotarij Apoſtolici Tribunalis Nuntiaturæ Apoſtolicæ Neapolis Auditores, & Internuncij.

Sequitur Legalitas. Vniuerſi, & ſingulis notus facimus, atque teſtamur retroſcriptum Dominum Notarium Gregorium Seruillo de Neapoli fuiſſe, & eſſe publicum, autenticum, legalem, & fide dignum, ac talem, qualem ſe facit, eiuſque Scripturis publicis, & ſimilibus in Iudicio, & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti plenam, & indubiam adhiberi fidem. In quorum &c. Datum Neapoli ex Palario Apoſtolico Nunciaturæ hac die 7. menſis Martij 1702.

Marcus Antonius Catalutius Magiſter Actorum.

Loco ✠ Sigilli.

Laurentius Auanzi Notarius.

Num. 4.

Copia cuiuſdam Epiſtolæ ſcriptæ à Fratre Venantio, Socio B. Iacobi, Regi Catholico exhibitæ in Proc. Compulſoria li Neapolitano anni 1610. fol. 232.

Sacra Regia Maieſtas, poſt humilem comendationem, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Io Frà Venancio de Fabriano, che fui indigno Compagno, e Seruo del Beato Iacobo de la Marca, e fui con la Segnora Reyna noſtra de Napoli voſtra hiermana in Spagna, e ſtouemo dui anni continui appreſſo de Voſtra Altezza in Siuiglia, & in Granata, Io humilmente ſupplico, e prego Voſtr'Altezza, ſe voglia dignar operare con la Santità del Papa, che habbia ad canonizare queſto voſtro, e noſtro Beato Iacobo, che sò certo, sì Voſtra Altezza ſe delibera farlo ſe farà, attento, che lo Signor Dio per lo merito di Soa Santità hà demoſtrato, e demoſtra continuamente molti, e quaſi infiniti miracoli: E la Vita ſoa fò de tanta Santità, che dignamente lo merita. Quiſto fò Frate ſexantuno anno, molte volte ce parlaua, & ammaeſtraua de ſante, e buone dottrine. E più volte Io le inteſi dire, che poi che Io Frarate mai lo repreſe la conſcientia hauere offeſo Dio mortalmente. Quiſto fò grande Predicatore, e predicò de continuo õe dì più di quarant'anni, e fece grande frutte nelle ſoe predicationi. Quiſto fò fore de Italia ad predicare più de dudici anni in Vngaria, in Dalmatia, Coruatia, Apolia, Boemia; e fò tanto accepto per la ſoa dottrina, e molti miracoli, che Dio moſtraua per ipſo, che in quelle parti conuertio, e baptizò con le ſoe mano più de cento milia Perſoni: In molte parti de Italia nelle principali Cittadi predicana, e fece gran frutto, honore de Dio, e ſalute de le Anime. Quiſto più de quaranta anni de continuo fece Quatrageſima, & ogni dì diceua Meſſa, ogni dì predicaua, ogni notte ſe faceua la diſciplina. Quiſto ſopra le ſoe carne portaua cilicij aſpriſſimi de continuo, e portao vna panſera de maglie à carne nuda, de continuo più de diece, & otto anni; Quiſto hebbe molte battaglie, e tentationi da molti Diaboli gran tempo, e di tutti hebbe victoria. Quiſto reuelò ad ſuo Confeſſore nel tempo della ſoa morte, che era Vergine, come vſcio dal ventre de ſoa Matre. Dio Benedittò hà moſtrati per ipſo molti Miracoli, e quaſi infiniti. Io ne hò

hò ſcritti pochi reſpectiuè à quelli, che hà fatto, pure ne hò ſcritti più di trè milia, e quando foſſero ſcritti tutti li Miracoli, che Dio hà moſtrati per queſto, ne ſeriano ſcritti più de cento milia: Sic jo lo raccomando à Voſtra Altezza, ſe voglia degnare operarſi farelo Canonizare, poiche il Signor Dio hà moſtrati, e continuamente moſtra per ipſo tanti ſigni, & miracoli, in manicra che per Santità de Vita, & miracoli in quello di che paſſao da qoeſta vita, ſe haueria poſſuto canonizare qnanto che Santo ſia ſtato da lo tempo deli Apoſtoli in quà. E perche ſe pò dire, che è voſtro, per ſtare in Caſa voſtra, fandoue queſto bene, ſerà grandi honore de Dio, de Voſtra Altezza, e de tutta la Religione de San Franceſco de la quale ſiti tanto deuoto. . Et ſera vno Oratore continuo alo coſpetto della Diuina Maeſtà. e de ſoa Glorioſa Matre, e noſtro Padre San Franceſco per Voſtra Altezza, e tutto voſtro Regno.

Rengracio lo Signor Dio, che ſi dignò inſpirare la mente de Voſtra Altezza mandare quiſto nobile Caualiero, e Signore gran Capitanio, però che niuno altro haueria poſſuto mandare Voſtra Altezza de tanta ſapientia, e bontà, e si ſufficiente, & apto à regere, e gouernare, pigliare. e manrenere in pace, & gratia de tutti quiſto Regno. El quale per gratia de Dio, e ſoa bontà. e ſapienza è amato, e deſiderato da' Signori, e Vaſſalli, da Religioſi, e tutti homini da bene, e da ogni creatura è ſtato, & è proprio meſſo da Dio: Io non ſeria ſufficiente potere ſcrinere, e narrare le ſoe virtù, & bontà. Soa Illuſtriſſima Signoria ei deuotiſſima del Beato Iacobo, e fà fabricare vna belliſsima Cappella in nomo, & honor ſuo, che non ſera laſemele in queſte parte, e tene volontà fornirla del tutto de' paramenti, e de ogni coſa. Supplico Voſtra Maeſtà voglia far retornare quà Soa Signoria per eſſere tale digniſsimo homo ſufficiente, & amato da tutti, accepto, & grato ad tutto lo Regnò: venendo Soa Signoria Illuſtriſsima, onde ſeguitarà l'honor de Dio, quiete del Regno, & exaltatione del Beato Iacobo, e molti altri beni: Auiſando Voſtra Altezza, che per la grandi Caraſtia, e penuria è ſtata da queſta parte per cauſa delle guerre, li Frati di quiſto Conuento de Santa Maria della Nuoua de Napoli, doue morano ciento Frato, non haubriano poſſuto viuer, ſe non foſſe ſtato lo adiuto, e ſubſidio de molte Elemoſine, ce hà fatte Soa Signoria di mangiar, e beuere, veſtire, e de tutte noſtre neceſsità, e non ſolo nui equa, mà tutti Frati de Obſeruantia de San Franceſco male haueriano poſſuto viuere ſenza lo adiuto de V. Altezza per mezo de S. S. per queſto non poteriamo tanto laudare, e ringratiare Voſtra Maeſtà, e Soa Signoria, quanto ſemo obligati: Lo Signor Dio ve habbia da remunerar in vita Eterna. Lo noſtro Padre Vicario Prouinciale Frà Loyſi, quale venne in Spagna Confeſſore de la Signora Reyna noſtra infinite volte ſe recomanda ad Voſtra Maeſtà inſieme con ſoi Compagni, quali ſempre pregano Dio per quella, Dio Benedicto ce faccia gratia ſiano eſaudite le noſtre Orationi, quali de continuo tutti facimo per Voſtra

ſtra Maeſtà, quale lò Signor *Dio* guarde dè ogni male. Non altro per la preſente, ſe non che de continuo humilmente me raccomando ad Voſtra Maeſtà. Napoli. *Adeſt recognitio manos Fratris Venantij Socij dicti Beati per Teſtes facta per viam Comparationis cum alia eius Epiſtola, ve videre eſt d. proc. compulſoriali Neapolitano fol. 34. ter. & 36. ter.*

Num. 5.
Viſitatio facta per Iudices remiſſoriales Corporis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, de qua Viſitatione in ſummarii Additionali impreſſo ſuper Miracolis B. Catharinæ à Bonohia pag. 310. num. 4.

Dicti Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Iudices Remiſſoriales &c. mandarunt per dictas Moniales aperiri Frontale, ſeù armarium prædictum, & Sepulcralem Capſam Chriſtallinam protrahi &c.

Tunc Admodum Reuerenda Mater Sor Maria de Rinuccinis &c. aperuit partem dicti Frontalis, ſiuè Armarij ad dexteram &c. & ſic detecto Sacro Corpore Beatæ Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, tàm ſupradicti Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Iudices, quàm dicti Domini Subpromotores Fidei, duo Medici, ac Teſtes etiam ſupradicti, & infraſcripti ad hoc vocati, & dictus Pater Magiſter Cyrillus Procurator, & ego Notarius cauſæ omnes accedentes, viderunt dictum Sacrum Corpus veſtitum &c. Suauem totum Corpus ſpirabat odorem, & quamuis veſtimenta redolerent, eò magis membra Corporis fragabant, vt Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Iudices prædicti, Subpromotores, Medici ſupradicti, ac Teſtes experti ſunt odorando manus, vel pedes, aut faciem, vt ſuprà dictum eſt, detectas, & nudas; Egoque etiàm Notarius, & omnes vno ore confeſsi ſunt, fragantiam ſentire, & à Corpore, & membris eius benè olentibus prouenire, & præcipuè ex ore; omnes pariter ſunt experti, dùm præmeretur manus circà pulſum, carnem eſſe mollem, & flexibilem, ſeù palpabilem, iraur preſſa eleuabatur, quòd quidem magna admiratione præcipuè dictorum Medicorum recognouerunt. in genu eriàm ſuprà Veſtem tacto, dum ſentiebatur pellem poſt preſſum eleuari; Corpus Cauſa honeſtatis, & decentiæ non fuit alter detectum, niſi paulìſper ſuprà pedes, & circà manum, & viſum fuit, carnes eſſe minùs fuſcas, & candere, Et Ipſi Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Iudices cum conſilio, & ſententia dictorum Medicorum, & aliorum Adſtantium prædictorum, recognouerunt dictum Sacrum Corpus prò integro, & incorrupto, & fragrante.

REVISA

A. Pierius Subpromotor Fidei.

QVAR-

QVARTVM MIRACVLVM.

Liberationis Ciuitatis Neapolis ab incendio Veſſuuij ad Interceſſionem. B. Jacobi.

PRobatio huius celeberrimi Miraculi, quæ reſultat ex depoſitionibus ſeptem Teſtium de viſu, nec non ex Hiſtoria de nouiſſima Veſſuuij conflagratione ædita à Patre Gregorio Caraffa Religioſo Theatino, & Archiepiſcopo Salernitano, ac demum ex confeſſione Electorum Ciuitatis Neapolis, qui ſtatim poſt ſequutam prædictam liberationem, eiuſque intuitu, nomine totius Ciuitatis, ſupplicarunt clar. mem. Cardinalem Hieronymum Columnam tunc Hiſpaniarum Protectorem, vt ſollicitare dignaretur Beati Iacobi Canonizationem, prout habetur *in præſenti Summ. Additionali num. vnico*. Impugnatur à Reuerendiſſimo D. Promotore, eò quia ſeptimus Teſtis, qui depoſuit de viſu de Incendio Veſſuuij haberet tunc ſolùm decem annos.

Verùm vltrà, quod circumſcripta etiam eius depoſitione ſuperſunt tot alij Teſtes, qui ſuperabundant ad conſtituendum in gradu perfectiſſimo huius facti probationem, ad quem effectum duo ſolùm ſufficerent, *Contilor. de Canoniz. Sanctor. cap. 18. num. 13.*

Vlteriùs reſpondetur, quod de iure quilibet maior effectus poteſt idoneè teſtificare de ijs, quæ vidit, vel audiuit etiam in pupillari ætate, vt magiſtraliter docet *Gloſs. in l. Teſtium §. Lex Iulia verſ. Impubes*, ibique *Bartol. ff. de Teſtib.*, *Cardinalis de Luca de Iuriſdict. diſc. 3. num. 6.*, *& de Teſtam. diſc. 26. num. 4.*, *& de Iudic. diſc. 32. num. 42.*, *Rota deciſ. 75. num. 9.*, *& 10. part. 10. Recent.*, vbi quod ad hunc effectum dicitur proximus pubertati etiam impubes annorum 10.

Eoque magis, quia agitur de facto valdè notabili, cuius memoria ſemper retineri ſolet, vt contrariam regulam limitando indiuidualiter tradit *Cardin. de Luca dicto diſc. 32. de Iudic. num. 54. in fine*.

Aduerſus VIII. Teſtem opponitur, quod ſit vnicus in referendo, quod quando delatum fuit Corpus Beati ad Pontem Magdalenæ apparuerit quædam nubes lucida in forma rotunda ranquam Luna, quæ Orbem compleuerit, ad cuius aſpectum globus igneus, qui iam Ciuitati imminebat, ſtatim deuicti more retroceſſit, ſeque proiecit in Mare; Verùm placeat reflectere, quod hæc quoque circumſtantia adamuſſim etiam relata fuit à XVI. Teſte, qui *in Summario pag. 102. §. 16.* ita ſe expreſſit -- *Oſſeruai ancora con li miei occhi, che in tempo, che ſtaua il Corpo di detto Beato Giacomo in detto Ponte, comparue vna Stella lucida in aria à dritto ſopra il ſuo Corpo, la quale diede argomento della gratia, che ci haueua fatto detto Beato* - Vterque igitur concordat in hoc, quod illa erat apparentia Syderis, in quo conſiſtit ſubſtantia depoſitionis, & ſic duo Teſtes de hoc facto deponunt non vnus tantùm.

Vni-

Vnicus etiam dicitur esse IX. Testis, quatenùs deposuit, quod super Ciuitate Neapolis apparebat Globus igneus -- *Con vna strisceia di foco, come fosse vna gran Serpe, ò vna gran Spada infocata* -- Verùm, cum ipso etiam coincidit Primus, qui postquam dixit, quod omnia erant ita obscurata, & confusa, vt vix quidquam discerni posset, subdit -- *Et in questo tempo vsci di detto Globo vna traue di foco* -- vt videre est *in Summ. pag.* 87. §. 6. Quod etiam reiterauit *pag.*90. §. 14., & sic super hoc facto adsunt duo Testes, qui licèt videantur differre in nomine, concordant tamen in substantia, quod vnicè est attendendum, vt optimè firmauit *Rota decis.*372.*num.*2.*par.*13., *& decis.*347. *num.* 21.*part.* 19. *Recent.* Imò Testes maiorem armoniam faciunt, maiorēq; fidem merentur, si per eadem verba non deponunt, & tamen in facti essentia coincidunt *l.*3.§.*Ideò, ff.de Testib.*, *Farinae.de Testib.quæst.*65. *nu.* 16. *Gregor.dec.*558.*nu.*3., *& dec.*621.*nu.*5.*par.*18.*Recent.*

Quatenùs verò X. Testis dicit, quod ille Globus erat ingens Columna, seu Nubes ignea, non discordat ab alijs, qui vnanimitèr dixerunt, quod ex vertice Montis se eleuabat quædam Columna, seu Pyramis eum supereminenti Globo igneo, VII.*pag.* 89. VIII. *pag.*90.§.16., *& pag.*91.§.17., & Secundus *pag.*98.§.40., & XVI. *pag.*101.*verf. Mà il foco, e Colonna di foco.*

Discrepantia autem, quæ asseritur intercedere inter Testes VII., IX., & XIX., qui dicunt eruptionem Incendij Vessuuij incepisse die 16. Decembris 1631., & X., qui dicit initium sumpsisse 12. eiusdem, facilitèr videtur posse conciliari; Hic enim loquitur non de eruptione flammarum, sed de Terremotibus, ac fumo, cæteti sque præliminaribus, quæ incendium præcesserunt, concordando in reliquis eum prædictis Testibus quoad diem eruptionis flammarum, vt legitur *in Summ.pag.*94., ibi -- *Io sò, che nel detto Anno* 1631.*del Mese di Decembre la sera delli* 12.*si cominciarono à sentire li Terremoti &c. e li giorni* 13., 14., *e* 15. *vidi il detto Monte caeciar gran fumo, e la mattina delli* 16.*di detto Mese di Decembre vscirono dal detto Monte fiamme altissime.*

Nullaque pariter discrepantia considerari potest inter Testes, ex quo aliqui dixerint, quod facta Processione die 16. Decembris, cum Reliquia Sancti Ianuarij, cessarunt -- *Le laue di foco, e di aeque puzzolenti, che haueua scaturito il Vessuuio* -- Et alij, quod eadem die incendium non cessauit, imò postea magis desæuijt; Quia omnes concordant in hoc, quod die 16. cessarunt accidentia supra descripta; & Incendij vis parùm mitigata fuit, sed non totalitèr superata, & extincta, imò quod tesumptis viribus postea maiori eum furore debaccabatur, & signantèr, quod Pyramis illa, seu Columna ignita cum Globo supereminenti non retrocesserat, quæ postea habito recursu ad intercessionem B. Iacobi, delatoque die 19. Decembris processionaliter eius Corpore ad Pontem Magdalenæ, motu retrogrado, statim se proiecit in Mare, vt deponit VII. Testis, *Summ.pag.*89.§.12., & IX. *pag.*92.§.21., & X. *pagina* 94., *&* 95. §.32., & XVI.*pag.*101.

Quo verò ad releuantiam Reuerendissimus D. Promotor dubitare videtur vtrum liberatio Ciuitatis à prædicto Incendio Vessuuij tribuenda sit potiùs intercessioni Sancti Ianuarij, quàm Beati Iacobi, ponderando, quod sub die 16. Decemb. quolibet Anno fieri solet

solem-

ſolemnis Proceſſio ad honorem ipſius Sancti, quæ intitulatur, *del Patrocinio di S. Gennaro*.

Verùm diſtinguendo, faciliter remouetur iſta dubitatio, quidquid enim geſtum fuit die 16. Decembris, quo imploratum fuerit Patrocinium eiuſdem Sancti, eidem procul dubio eſt tribuendum, quod verò euenit die 19. eiuſdem, quo habitus fuit recurſus ad Beatum Iacobum, ſolumque de eius Reliquijs factum fuit experimentum, eius intereeſſioni tribui debet; Prout Populi gratitudo procedendo cum hac diſtinctione; Sanctum Ianuarium, qui primum prorumpentis Incendij feroeiam mitigauit, in obtenti beneficij memoriam prædicta ſolemni Proceſſione honorare ſolet, quæ die 16. Decembris quot annis renouatur; At Beato Iacobo, qui die 19. Decembris Globum igneum benedicendo proiecit in Mare, & ab imminenti periculo totaliter Ciuitatem liberauit, vltrà ſolemnes gratias ſtatim redditas, & in eius honorem publicè cantatum Hymnum *Te Deum laudamus*, teſtari voluit perpetuam ſuam gratitudinem, pingendo in culmine eius Cappellæ per manum celeberrimi Pictoris memoriam huius facti, vt habetur ex deſcriptione eius Sacelli, regiſtrata *in Summ. pag.* 35. §. 10., quod fuit etiam relatum à VI. Teſte in ſuo formali examine, quod habetur *in Summ. pag.* 104. §. 5., & 6., vbi addit, quod in Teſtimonium gratitudinis huius adeò inſignis beneficij plures deuoti aſſignarunt valdè conſiderabiles elemoſinas pro expenſis ſuæ Canonizationis, & Electi eiuſdem Ciuitatis, (vt ſuperiùs prælibatum fuit) intuitu huius beneficij ſollicitarunt apud Cardinalem Columnam Cauſam eius Canonizationis, vt habetur *in præſenti Summario Additionali num. vnico*, & ſic quilibet ex ſupradictis eximijs Protectoribus Ciuitatis Neapolis, qui gratiam eius liberationis à tam graui, & euidenti periculo impetrarunt non ſolùm à fama publica, verum etiam à gratitudine Populorum recepit mercedem ſuam.

Et cum hac diſtinctione factum exactiſſimè enarrando proceſſit Pater Caraffa contemporaneus, & præſens dicto incendio, qui gratiæ initium acceptum refert Sancto Ianuario; Complementum autem Operis Beato Iacobo, prout obſeruaſſe fatetur etiam Reuerendiſſimus D. Promotor, qui dicit = *Controuerti non poſſe abſque læſione veritatis, quod Beatus Iacobus habuerit magnam, & vltimam partem in liberatione Ciuitatis* = Et refert per extenſum verba dicti Patris Caraffæ in præfata eius Hiſtoria, in qua, quæ ſequuntur ſpeciali nota digna ſunt = *Vix dum egreſſu Vrbem hac ſupplicum deuota acies Ponti admota, curuatis genibus cernua Deo, & Beato Confeſſori vota pro ſalubritate nuncupauit, cum horrida, & formidanda Nubes, qua Neapolim verſus iam longo, piceoque tractu Aerem funeſta caligine obducens à Ventis magno impetu agebatur, illicò ſubſtitit, & quaſi tanti Protectoris Reliquijs obſequioſa retroceſſit, in vicinum Mare à contrarijs ventis eodem momento ſpirantibus relata, obſtupuerunt ad tam ſubitum mutationis ſpectaculum, omnium animi, & parem euidentibus biſce auſpicijs ſpem cunctli concipientes Deo, & eidem apud eum Interceſſori debitas gratias agentes Hymnum* Te Deum laudamus, *ijſdem Patribus recinentibus mitiora iam fore Incendia, latiùs ominabantur; His peractis ſe ad eamdem Eccleſiam pompa conuertit (alacrioribus Populi*

accla-

acclamationibus comitata) inquam circa ſecundam ferè noctis horam Sacrum illud corpus relatum eſt.

Iſtaque profectò eſt communis repuratio totius Ciuitatis, quæ plurimum eſt attendenda, non enim credibile eſt, quod vniuerſus populus decipiatur, & proindè inualuit adagium vox Populi; vox Dei, de quo Sanctus Auguſtinus in expoſitione Pſalmi 32. ità air = *Ipſa lingua Popularis, plerumque eſt doctrina ſalutaris* = Et Auditores Rotæ in relatione Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ *par. 2. tit. de Sanctit. Vit. Iſta vniuerſalis reputatio vox Populi nec immeritò, vox Dei appellatur.*

Nec diſſentire videtur Pater Maſculus in ſua Ephemeride ad prædictum Incendium allegatus à Reuerendiſſimo D. Promotore, quia licet ipſe in primum Liberatorem agnouerit S. Ianuarium (quod à nemine controuertitur) attamen alios non excludit, quinimò continuationem veſſuuiani Incendij longè extendit poſt diem 16. Decembris, & ſic euidentiſſimè fatetur gratiam ea die non ui ſſe toralitèr obtentam.

Quod verò retroceſſio formidabilis Globi à quo timebatur totius Ciuitatis excidium non peruenerit à cauſa naturali, ſed miraculosè obtenta fuerit ad intereeſſionem B. Iacobi, manifeſtè patet ex narratione huius facti ædita in prædicta Hiſtoria Patris Caraffæ, quæ habetur in Animaduerſionibus Reuerendiſſimi D. Promotoris in §. *Et multum &c.*, & ex depoſitionibus omnium Teſtium, qui concordirer referunt, quod dum Globus ille magno impetu ferebatur ſuper Ciuitate Neapolis, nullaque ſpes ſalutis aderat, ad aſpectum Corporis Beati illicò ſubſtitit, terga vertit, ſeque motu retrogrado proiecit in mare.

Nec certitudini, aut qualificationi huius miraculi derogare poteſt, quod impulſus iſte à contrarijs ventis potuerit cauſari, quia aut tunc non flabant, vt dicunt aliqui Teſtes, & contrarius ille motus impreſſus in globo, à quo fuit proiectus in mare, nonniſi ſupernaturali Cauſæ referri poteſt; aut verò (vt Pater Caraffa ſcriprum reliquit) tunc inſurrexerunt contrarij Venti, & hoc etiam reputandum eſt miraculum, quia in eodem inſtanri, quo Beati Brachium eleuatum fuit ad ſignandam benedictionem aduerſus prædictum globum, ſtarim Venti mutati ſunr, rranſeundo de vno contrario ad aliud, & tanquam miniſtri voluntatis Dei illum in Mare proiecerunt, iraur etiam de eo dici poſſit: *Qualis eſt iſte quia Venti, & Mare obediunt ei.*

Nemo autem ignorat, quod nil detrahit ſubſtantiæ Miraculi ſi media eriam humana adhibeantur de quo in Sacris paginis plura extant exempla, vt Saeri Expoſitores notanr de felle Piſcis, quo Thobias viſum recuperauit, & de Collirio ex luto, & ſaliua, quo Saluator noſter vſus eſt ad illuminandum Cœcum natum, quæ eorum amaritudine, & ſalſedine conferre aliqualitèr poterant ad abſtergendum impedimentum viſionis, vt refert *Contilor. de Canoniz. Sanctor. cap. 17. n. 2. Caſtellin. de certit. glor. Sanctor. pag. 408. punct. 31. per tot.*

Et quod Diuina Omnipotentia Miniſterio Venrorum vſa fuerit ad patranda Miracula habemus exemplum *Exod. cap. 14. num. 21.* vbi hæc leguntur = *Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare abſtulit illud Dominus ſtante Vento vehementi, & vrente tota nocte,*

ſte, & vertit in ſiccum diuiſaque eſt Aqua &c., & ſic filij Iſrael tranſierunt per ſiccum, & nihilominus tranſitus iſte ſemper reputatus fuit miraculoſus: prout etiam *Danielis cap. 3. num. 49. & 50.* habemus = *Quod Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & Socijs eius in fornacem, & excuſſit flammam Ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò Ignis, neque contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit* = Et quamuis Deus vento vſus fuerit ad protegendum Pueros ab vſtione flammarum, adhuc tamen actio iſta creditur miraculoſa, quia Ventus idcircò excitatus fuit, vt flammas deuiaret, ne Pueros læderet; Eodemque mirabili modo in caſu noſtro contrarij Venti ſtatim excitati fuerunt, vt facerent voluntatem Serui Dei, quæ ſubita excitatio, & prompta executio, quæ intra has circumſtantias naturaliter, ſaltèm adeò inſtantaneè, & perfectè fieri non poterat, miraculo omninò eſt tribuenda,

SVMMARIVM ADDITIONALE.

Emo, & Rmo Sig., e Patrone Colendiſſimo.

Num. Vnico. Epiſtola Excellentiſſimorum DD. Electorum Ciuitatis Neapolis ad Card. Hieronymum Columnam pro obtinenda Canonizzatione Beati Iacobi, ſcripta 1. Martij 1632., cuius Originał dicitur eſſe in manibus Emi D. Card. Ponentis.

COme queſta noſtra fideliſſima Città di Napoli ſtima ſua maggior gloria lo ſtarne ſicura ſotto il braccio potentiſſimo dell'Interceſsione de ſuoi Santi Protettori, così in termine d'obligata diuotione ſi conoſce debitrice alle grandezze, & alle glorie di quelli; Eſſendo dunque ſtata con particolar beneficio protetta in queſte orrenoli angustie del Veſſuuio, e ſpecialmente aſsicurata nell'vſcita Proceſsione del Corpo del Beato Giacomo della Marca ſuo Protettore, come ſua tributaria d'affetto religioſo circa procurarli accreſcimento d'honori in Terra con la ſolennità della Canonizzatione; Di tanto ſupplica con l'incluſa à S. Santità; E perche dalla ſua generoſità ſi promette ogni maggior fauore. Per tanto ricorre all'Eminenza ſua, ſupplica à fauorirla di preſentar detta Incluſa à S. Beatitudine con l'accompagnamento del ſuo fauore efficace in qualſiuoglia impreſa, offerendo la Città iſteſſa prontiſsimamente ciò, che biſogna per detta Canonizzatione; E noi con tutti i noſtri Poſteri ſaremo perpetui reconoſcitori di tanto beneficio, à lei, & alla Sua Eminentiſsima Caſa, e rimettendoci in tutto all'Informatione del R. P. F. Criſanto del Cilento, Deffinitore dell'iſteſs'Ordine del Beato, mandato da Noi per l'effettuatione di detta Canonizatione, li facciamo profondiſsima riuerenza, e li baciamo le Sacre Mani. Da Napoli il dì primo di Marzo 1632.

Di V. E.

Emo Colonna.

Humiliſs. Seruidori
Gli Deputati della fideliſſima Città di Napoli.

Il Prencipe di Biſignano, e di Scilla D. Tiberio Carafa.	Don Leonardo Tocco.
	Anibale Capuano.
Gio: Franceſco Sanfelice Reg. Conſ.	Fabritio Capece Bozzuto.
	Scipione Milano.
Andrea di Gennaro Reg. Conſ.	Franceſco Guindazzo.
Franceſco Roſſo.	Giacobo Pinto.

Extracta eſt præſens Copia à quadam Cartula, vt iacet mihi exhibita à R. P. Frà Ludouico de Auetſa Sacriſta Venerabilis Cappellæ B. Iacobi de Marchia, erectæ intus Realem Eccleſiam S. Mariæ Nouæ Ordinis Minorum Obſeruantium huius Ciuitatis Neapolis, & ab eo conſeruatur in Archiuio eiuſdem Eccleſiæ ad finem extrahendi præſentem, eidemque reſtituta, & facta collatione cõcordat, meliori ſemper ſalua, & In fidem Ego ſubſcriptus Regia huius Regni, & vbilibet Apoſtolica

ſtolica Auctoritate Not.; & Iudex Ordinarius Almæ Vrbis Collegij ſignaui rog.

Not. Simon Pergola de Neap.

Loco ✠ Signi.

Nos Abbas V.I.D. Iuſtinus Antonius Gentilonus Prothonotarius Apoſtolicus Tribunalis Nunciaturæ Apoſtolicæ. Neap. Iudex Deputatus, & Internuntius.

Vniuerſis, & ſingulis &c. fidem facimus, atque teſtamur ſupradictum Magnificum Simonem Pergola de Neap. de præmiſſis rogatum fuiſſe, & eſſe Notarium publicum, autenticum, legalem, & fide dignum talem, qualem ſe facit, ſcripturiſque ſuis publicis, & ſimilibus in Iudicio, & extrà ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti indubiam adhiberi fidem &c. In quorum &c.

Datum Neap. ex Palatio Apoſtolico Nunciaturæ hac die 23. menſis Februarij 1702.

Marcus Antonius Catalutius Magiſter Actorum.

Loco † Sigilli.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

V., ET VI. MIRACVLVM

Repetitæ Liberationis Nicolai Gambacurtæ à Cæcitate.

ADuersùs probationem huius repetitiMiraculi opponit Reuerendiſsimus Dominus Promotor,quòd Dorothæa Serruta, Vrſula Cenatiempo, Anna Ciliberto, Fraret Simon à Neapoli, & Marchioniſſa de Petrella à Teſtibus allegati in Conteſtes, non fuerunt inducti, & examinati, nèc docetur ipſos obijſſe antè examen, vt docerur dc tribus alijs obſeruatis ab eodem Reuerendiſsimo Domino Promotore.

Verùm hoc non videtur officere, quia probatio vtriuſque Miraculi ſufficientiſsimè reſultat ex depoſitionibus ſex Teſtium de viſu, & eiuſdem Gambacurtæ, in cuius perſonam patratum fuit, & quoad vltimam Liberationem ex depoſitione etiam duorum Chirurgotum,qui fuerunt adhibiti ad Curam, Morbumque naturalitèr pronunciarunt eſſe incurabilem; Ad probationem autèm cuiuſcumque Miraculi ſufficiunt duo tantùm Teſtes, vt probatum fuit in Informatione ſuper nono Miraculo §. *Et quamuis pag.* 171. Neque vlla Lex obligat ad inducendum, & examinandum omnes, qui dc aliquo facto ſunt informati.

Ioſeph de Priſco dixit ſe tantùm fuiſſe præſentem ſecundæ Liberationi; Primam autèm ab alijs audijſſe, vt in *Summario pag.*142. *in princ.*,*& fine*, *ac pag.*143. *in princ.* Nèc obſtat, quòd Gambacutra dixerit intèr alios eius Affines,& rres fratres familiæ de Criſpo, ipſum etiam aſſociaſſe Currum, quo fuit delatus ad Eccleſiam,quia cùm tunc eſſet Cæcus in hoc falli poruit; hinc Ianuarius eius frater dubitatiuè de eius interuentu deponit, vt habetur *Summ. pag.* 117.§.18. ibi=*Se mal non mi ricordo*.

Deindè quia dato etiam, quòd ipſe Currum aſſociaſſet, & cùm alijs acceſsiſſer ad Eccleſiam, nihilominùs cùm Patres non potuerint ſtarim aperire Cappellam, ſtante quòd erat hora prandij, & aliquantulum ſuperſedere neceſſe fuerit, poſsibile eſt, quòd ipſe tædio affectus indè diſceſſerit, nec potuerit actui interuenire. Omniſque de Iure interpretatio eapienda eſt ad ſaluandum dictaTeſtium à contradictione,& mendacio *Bich.deciſ.*618.*num.*6.*& ſeq. & dec.* 101.*num.*23.*par.*12.*rec.*

Tantò magis quia nullum ei meritum, & vtilitas prouenit ex hoc mendacio, & interim tot Teſtes de viſu de hoc facto deponunt, quinimò ipſe quoque de eo reſtatur tanquàm Teſtis de auditu, & quoad ſecundam Libetationem de viſu.

Quo verò ad releuantiam;Verum eſt,quòd Robuſtellus primò adhibitus ad Curam præſcripſit Patienti quaſdam PillulasCapitales ad mitigandum dolorẽ Capitis,ſed hoc fecit non ſpe curandi Cæcitatem,quam inſanabilem reputauit, & propterea Curam deſeruit, & Santillus Sica petitiſsimus reputatus in curandis huiuſmodi morbis eum paritèr incurabilem pronunciauit, ſaltèm in vno oculotum, ſed facta experientia ſuotum medicamenrorum per ſpatium 25. dietum, quæ oculos quaſi totaliter exſiccauerant, ipſe quo-

que

que Curam deseruit, vt habetur ex confessione eiusdem patientis *Summario pag.* 111.; *& sequen.*

Et tantùm abest, quòd ipse ex eorum medicamentis, alijsque sua sponte applicatis aliquod leuamen perceperit, vt amissa omni, & quacumque spe salutis post elapsos sex menses à die priuationis luminis, desperatione motus tentauerit se proijeere in quamdam Cisternam, vt habetur *dicta pag.* 112. quamobrem attentis his circumstantijs nulla subest causa tribuendi recuperationem eius visus medicamentorum virtuti, & efficaciæ, quæ frustra tentata fuerant, & per tantum spatium temporis prætermissa, sed totum referendum est ad Intercessionem Beati Iacobi, qui statim gratiam ei impetrauit.

Quod verò lacrymæ effusæ nocte, quæ præcesit Patientis accessum ad Cappellam, in hoc morbo nihil potuerint proficere, redditur euidentissimum, primum ex ipsius natura morbi, nam Cataractæ lacrymis non soluuntur, deindè quia oculi huius Patientis ob exsiccantia medicamenta à Santillo Sica applicata in eis amissa necessaria humiditate iam aruerant, & palpebræ amplius non poterant aperiri; ideòque per effusionem earumdem lacrymarum magis arescere, & exsiccari debuerant; Tertiò demùm quia si lacrymæ aliquid conferre poterant ad dissipandum panniculum illum, qui oculis adheserat, quod certè præstare non possunt, saltèm in præcedentibus noctibus aliquod subleuaminis inditium præbuissent, quod tamen nullo modo perceptum fuit.

Non obstant, quòd antè Inuocationem Intercessionis Beati Iacobi, fuerint etiam à Gambacurta innocati alij Sancti, quia nihilominùs vltima Inuocatio cum positiuo accessu ad Cappellam eiusdem Beati, ad ipsum directa, & determinata fuit, & in eius Cappella gratiam exorans obtinuit, quarè finis, & complementum operis est attendendum, non quod vagè, & indeterminatè anteà tentatum fuit.

Nil releuante, quod cùm Ipse iam illuminatus, domum redijsset, & in experimentum gratiæ radere etiam voluisset quendam suum Clientem, mercedem, quam recepit distribuerit prò Animabus Purgantibus, quia cum ageretur de modica summa fortasse quinque obulorum, indecens erat eam deferre ad Cappellam Beati, propriumque visum fuit eam erogare in subsidium prædictarum Animarum, quibus ex destinatione Summorum Pontificum omnes Eleemosynæ, bonaque opera Christifidelium remanent applicata.

Cæterùm si ex maiori retributione dignoscitur maior dilectio; iuxtà illud, plus dedit cui plus dilexit, manifestum redditur, quòd Gambacurta gratiam recognouit à Beato Iacobo, ad eius etenim Cappellam deposuit (quemadmodùm vouerat) in signum gratitudinis Vestem propriam, & Vxor Vestem Sponsalitiam.

Nec paritèr obstat, quòd cùm ipse ob suam nimiam in homine fiduciam iterùm à cæcitate oppressus fuisset, applicauerit ad oculos Agnus Dei Innocentij XI., quia vltra quod hoc fecit etiam cum vna Cartula, in qua erat depicta Imago Beati Iacobi, ex quo cognoscitur ab eius Patrocinio non recessisse, non proindè visum recuperauit; Imò nullum prorsùs leuamen sensit, sed gratiam repetitæ Liberationis à cæcitate recepit, postquam iterùm ductus ad

Cappellam Beati, ſuum fleuit errorem, & iterùm magna cum fiducia eius Patroeinium, & interceſſionem imploraui[t].

De perfecta autem Sanatione reſpectu primæ Liberationis, mediante recurſu ad Patroeinium Beati nullo modo dubitari poſſe videtur, etiam ſi in oculo ſiniſtro remanſerit aliquod reſiduum panniculi coloris cerulei, & in parte exteriori quædam carnis excreſcentia, quia nil derogat ſubſtantiæ Miraculi, ſi veteris morbi aliqua remaneant veſtigia, qua non tollunt effectum gratiæ, ſed potiùs fidem conciliant Miraculo, vt latè probatum fuit in Informatione *pag.* 201. §. *Non obſtat*.

Nec quidquam detrahit perfectioni primi Miraculi recidiua, in quam Gambacurta iterùm prolapſus fuit; quinimmò eam auget, dum vita fuit hominis erga Deum ingratam diffidentiam; Præterquod, quæ de nouo ſuccedunt, non tollunt meritum Miraculi iam patrati, proùt exemplo Sanctæ Petronillæ ſanatæ à Diuo Petro, vt diſcumbentibus miniſtraret, & poſteà ob eius maius bonum iterùm ab eodem morbo oppreſſæ, probat *Caſtellin. de certit. glor. Sanctorum, pag.* 409. *punct.* 32. *per tot.*, *Contilor. de Canonizat. Sanctorum cap.* 17. *num.* 22.

Quod verò duo Chirurghi Antonius nempè Robuſtellus, & Petrus de Matthæis nil dicant de prima Liberatione Gambacurtæ à Cæcitate, deque eius recidiua nil releuat, quia ipſi de ea veriſimilitèr nullam notitiam habuerunt, nec acceſſerunt ad Gambacurtam, proùt fecit Santillus Sica, qui habita eius facti notitia, ſtatim eumdem viſitauit, & recognoſcere voluit partem anteà læſam, & miraculosè ſanatam, & ſat eſt, quòd à tot alijs Teſtibus, & ab ipſomet Gambacurta contextualitèr vtraque Liberatio probata fuerit.

SEPTI-

SEPTIMVM MIRACVLVM

Inſtantaneæ ſanationis Ignatij Auelloni ab Apoſtematæ, ſeù inueterato Tumore in Brachio dextero.

IN relatione Morborum eſſet profectò deſiderabile (prout in contingentia huius Caſus videtur etiam Reuerendiſſimo D. Promotori) Medicorum examen, quia ipſi vtpotè Periti in Arte, poſſent ſcientificè referre eorum Ideam, initium, progreſſum, ſtarum, & declinationem, nec non Syntomata, & Chriſes, & deſcribere medicamenta, quibus vſi ſunt, & ſic Iudicium efformari poſſet, an ſanitas ope humana potuerit obtineri, vel potiùs miraculo eſſet tribuenda: Verum non omnia, quæ iuuare poſſunt, ſemper præſto ſunt, prout ſuccedit in caſu ſanationis, de qua agitur, nam licet plures Medici adhibiti fuerint ad curam Ignatij Auelloni, attamen eum ab ipſa ad tempus examinis effluxerint anni 23., credibile eſt, quod medio tempore prædeceſſerint, vt probarum extit de D. Pellegrino, qui fuit principalis Medicus Curæ, & ſic non potuerint examinari; Vndè neceſſe eſt, quod contenti ſimus probationibus, quæ poſt decurſum tanti temporis haberi poſſunt, quæ tamen eum conſiſtant in depoſitionibus trium, imò potius quatuor Teſtium de viſu, reputari debent de Iure ſufficientiſſimæ ex latè deductis in probatione Noui Miraculi pag. 171. §. *Et quamuis*.

Cæterum concordant omnes Teſtes, quod in Brachio dextero prædicti Ignatij ſuperuenerat quædam inflatio, vt inquit XX. Teſtis pag. 194. §. 1. = *vna gonfiazione* = quam XXI. pag. 151. in princ., & XXVI. pag 152. §. 9., & XXII. pag. 153. promiſcuè appellant = *Gonfiagione, ſeù Poſtema* = & quidem meritò, quia vocabula iſta inter ſe coincidunt, ſuntque æquiualentia, vt ſublata quacumque Antinomia probat Teuenin. Chirurgus Regius *prima par. de Tumor. cap.* 1. §. 1., & 2. *pag.* 177.; Nil aliud enim eſt Apoſtema, quam Tumor præter Naturam, qui conficitur cum Pus ex Phlegmone reſolutum in quemdam quaſi ſinum colligitur, & dicitur à verbo Greco ἀφίστημι, quod eſt abſcedo, ex quo abſceſſus, de quo *Celſ. lib.* 2. *cap.* 1. Abſceſſus Corporis, quem Apoſtemata Greci nominant.

Quod ſi XX. Teſtis aliàs de hac ſcientia imperitus tetulit, quod Medicus prius dixit Tumorem illum eſſe Apoſtema, deindè non eſſe, quia non deueniebat ad ſuppurationem, non exindè excluditur illum fuiſſe Apoſtema, ſed tantum, quod non erat ſuppurabilis, & reſolubilis; Tres enim ſunt Apoſtematum ſpecies; Altera, quæ continet humorem fluuidum, Mellique ſimilem, & Melicetides nuncupatur, & iſta facilitèr concoqui, & venire ſolet ad ſuppurationem; Altera verò eſt difficilioris concotionis, quia continet

net humorem magis pinguem in morem Sæui, & vocatur Steatotoma, ſed tertia, quæ Pultis ſimilitudinem refert, & Atheroma nuncupatur, Vix vuquam ad ſuppurationem reducitur, vt tradit Hieronymus de Aqua Pendente *Oper. Chirurg. de diff., ſeù ſpecial. Tumor. cap. 3. §. Sunt quidam*, ſanè de hac Tertia Specie dicendum eſt Medicum iurelexiſſe, dum de eo XX. Teſtis refert *Summ. pag. 149. §. 1.= E frà gli altri Pellegrino de Pellegrini Medico Chirurgo de' principali di queſta Città, al preſente morto, quale nel principio della Cura diſſe, che poteua eſſer poſtema, e poi con varij remedij applicati conoſcenda, che non veniua detta Gonfiazione à ſupporatione, e che non era Poſtema diſſe, che non poteua curarſi, ſe non ſi tagliaua il braccio.*

Sed dato, quod non eſſet Apoſtema, neceſſe eſt, quod fuerit Tumor Canerenoſus, vt demonſtrare videtur neceſſitas illa ſtatim ſuccidendi Brachium, in quo conueniunt omnes Teſtes, at hoc caſu creſcente grauirate Morbi, creſceret meritum gratiæ, & qualificatio Miraculi.

VI. Teſtis verè eſt de auditu, ſed in nihilo videtur ſaltem quoad eſſentialia diſcrepare à Teſtibus de viſu, & XXII. licèt de auditu eſt tamen Frater Ignatij audiebatque quotidie perſonare Domum narratione huius facti, quod ſic iudiuidualiter retulit, vt in nihilo pænitùs ab alijs Teſtibus diſcrepauerit, adeò bene in formatum de omnibus ſe oſtendit.

XX. Autem Teſtis, nempè Maria Thereſia Monialis Sorôr Ignatij exeludirur à Rmo D. Promotore à teſtificando quia dixit factum eueniſſe= 28. *anni ſono in circa*= & ſic de anno 1672., quo tempore ipſa habebat ſolum ſex annos; Verum tollitur obiectum aduertendo, quod ipſa circa prædicamentum temporis non præcisè, ſed dubitatiuè depoſuit, & dictio illa= *in circa* = qua vſa fuit, euidentèr demonſtrat, quod de eo non recordabatur, vt egregiè *Rota in magiſtrali dec. 344. num. 8., & 16. cor. Ludouiſio.*

E contra verò XX. Teſtis, nempè Plaeidus frater einſdem Mariç Thereſiæ, ae Ignatij, deponit indiuidualitèr de tempore teſtando factum eueniſſe de anno 1677. *Summ. pag. 149. num. 1.*, & ſic quinque annos poſteà; Depoſitio igitur eius Sororis dubitatiuè loquentis concordanda eſt cum depoſitione eius fratris certum tempus determinantis, iuxtà Theoriam *Paul. de Caſtr. conſ. 26. num. 3. lib. 1. quam ſequuta fuit, Rot. dec. 344. num. 3. par. 2. rec., & cor. Ludouiſ. pariter dec. 344. num. 13.*

Et certum eſt, quod de Iure fieri debet omnis interprætatio, vt Teſtes ad concordiam reducantur, prout in terminis firmatum fuit in *d. deciſ. 344. num. 5. part. 2., & deciſ. 90. num. 12. part. 8., & dec. 258. num. 7. par. 11. rec.*

Eoque magis, quia depoſitio Sororis huic interprætationi repugnare non videtur, quia ipſa vt præmiſimus vſa eſt dictione = *In circa* = quæ poreſt verifieari in quarta parte temporis ab ipſa expreſſi, aſcendendo, ſeù deſcendendo, vt per *Rot. deciſ. 95. num. 13. par. 16. rec., & in Peruſin Breuis 16. Martij 1685. §. Verum, cor. bon. mem. Pauluccio*; Quarta enim pars dicitur modica *d. dec. 344. num. 11., & 12. Ludouiſ.*, vbi quod triennium in ſpatio 14. annorum dicitur modicum tempus.

Retento hoc themate Matia Thereſia habebat de tempore gratiæ à fra-

fratre receptæ, Annos vndecim, & Placidus Annos 16., quare ſicuti iſte idoneus tunc erat ad teſtificandum, ita etiam eius Sorori, quia tunc vndecimum exceſſerat annum, plena fides eſt adhibenda : Quia Teſtis effectus, maior idoneus eſt ad deponendum de his, quæ euenerunt de tempore proximo Pubertati, vt eſt tempus annorum decem, ſicuti probatum fuit in reſponſione ad quartum Miraculum §. *Verum vltra*,

Nec obſtat, quod prædicta Maria Thereſia non fuerit Teſtis de viſu quoad acceſſum fratris ad Cappellam Beati, & gratiam in eo loco ſtatim receptam, quia ſatis eſt, quod Domi eum viderit morbo læthalitet laborantem, itaùt nec manum mouere poſſet, nec brachium, & ſequenti die facienda eſſet eius ſueciſio, quodque in reditu ab Eccleſia eum viderit liberè mouentem brachium, & cum eo ſcribentem, quod facere antea nullo modo poterat; Quia cum prædicta ſanatio tàm breui tempore ſuccedere non poſſet abſque Miraculo, & ſoror de vtroque extremo depoſuerit de viſu, conſideranda eſt etiam quoad actus intermedios tanquam Teſtis de viſu; vt ex authoritate *Contilor. de Canonizat. Sanctor. cap. 18. num. 13., & Franc. var. cap. 29. num. 60., & 61.*, & ex deductis per Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Bonauenturæ, & Sanctæ Thereſiæ indiuidualiter firmatum fuit in Relatione Noni Miraculi *pag. 172*.

Ex prædictis itaque concludituir hoc Miraculum probari à tribus Teſtibus de viſu, quibus addi debet XXI., qui ſe profitetur Teſtem de auditu quoad qualitatem Morbi, licet tanquam domeſticus quotidiè videret Ignatium eius Dominum emaciatum, & deferentem Brachium ſuſpenſum ad pectus, videretque etiam Medicos accedentes ad curandum, ipſoſque de morbo loquentes audiret, vt probatur ex eius depoſitione, ſed eſt de viſu quoad acceſſum Ignatij ad Cappellam Beati, eiuſque inuocationem, & gratiam ab eodem receptam, vt in *Summ. pag. 151*.

Nec quoad extremum recuperatæ ſalutis recipiendus eſt tantum pro Teſte de auditu ex eo, quod ſubdat in eius examine. *Et diceuano già hà cominciato à mouere il braccio* = quia non ſiſtit, in prædictis tantum verbis, ſed proſequitur = *Et Io vidi, che moueua, & eſercitaua liberamente detto braccio &c.* =, & infra = *doppo di che continuò detto Ignatio à ſtar totalmente bene di detto ſuo braccio, con mouerlo, & eſercitarlo liberamente, ſi come l'eſercito ſempre ſinche viſſe, & Io lo vidi eſercitar continuamente, come ſe non vi haueſſe hauto mai male alcuno, & Io ſempre l'oſſeruai &c.* = vt legitur in *Summ. d. pag. 151. verſus finem*.

Vindicata ex prædictis probatione huius Miraculi ab omnibus oppoſitionibus, fruſtrà impugnatur eius releuantia ex defectu inſtantaneitatis, quia omnes Teſtes nemine excepto conueniunt, quod poſt inuocatam à prædicto Ignatio Intercceſſionem Beati, & applicatum eius Sacrum Pileum ſuper Brachio infirmo, immediatè illud mouit, & elongauit à pectore, cui ſemper prius adhæſerat. Quod ſi tumor per duos, vel tres dies adhuc durauit, hoc derogare non poteſt eſſentiæ, & inſtantaneitati Miraculi, ad quam ſaluandam ſuffecit, quod ſtatim ſublata fuerit malitia morbi, (vt euenit in caſu iſto, nam Ignatius immediatè poſt Inuocationem Interceſſionis Beati, Brachium anteà prorſus immobile, mouere liberè

cæpit

cæpit, adeo vt potuerit in experimentum gratiæ ſtatim cum illo ſcribere qui actus cum plures contrarios motus contineat, ab Infirmo brachio expleri minimè poteſt,) licet veſtigia morbi, aliaque accidentia paulatim, & interuallo temporis ceſſauerint, & remiſſa fuerint, ut in præciſiſſimis terminis dixerunt Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Thereſiæ in ultimo miraculo poſt mortem ibi = *Quoad verò dictum Apoſtema videtur etiam (ſubintelligitur Anna) in inſtanti ſana, licet ipſum remanſerit, nihilominus non obligabat Patientem, ex quo elicitur Malitiam illius ceſſaſſe, attamen Tumor, & Duritiei licet per paucos dies durauerint, non ex hoc aliquid de Miraculo diminuitur, prout in vulnere curato miraculosè, quamuis Cicatrix per aliquod tempus remanſerit &c.* = Cuius relationis particula una cum pluribus Authoritatibus data etiam fuit per extenſum in probatione XII. Miraculi *pag.* 201. §. *Non obſtat*.

VIII. MIRACVLVM

Inſtantaneæ ſanationis Liborij Auelloni ab inueterata Epilepſia.

IN hoc Miraculo non deeſt Peritorum Iudicium, Carolus enim Fenia Medicus Ordinarius Curæ, formiter examinatus fuit, & eſt Teſtis XXIV., vt habetur ex *Summ. pag.* 165., *& ſequen.*, adeſt etiam atteſtatio Celebris Mediçi Ianuarij de Biſogno, qui morte præuentus, formale examen ſubire non potuit, cæteri verò Medici adhibiti ad conſultationem (cum à die incepti morbi ad diem examinis effluxerint anni duodecim) credi poteſt, quod tunc è viuis exceſſerint, ſicut euenit de prædicto Ianuario. Verum etiam ſi probaretur, quod de eo tempore ſuperuiuerent, adhuc tamen examen non remaneret defectuoſum, ex eo quod ipſi non fuerint inducti, & examinati, quia quemadmodum de Iure non eſt neceſsè, quod omnes Teſtes informati ſubijciantur examini, ſed ſatis eſt, quod in ſufficienti numero exhibeantur, ità opus non eſt, quod omnes Medici examinentur, quando aliundè haberi poteſt certa, & concludens probatio Miraculi, vt in caſu noſtro in quo per depoſitiones ſex Teſtiũ formiter examinatorum de eo pleniſſimè conſtat, Cæterum Carolus Fenia, qui longam, ac indiuidualem in ſua depoſitione texuit Iſtoriam Epilepſiæ, quâ Liborius Auellonus cruciabatur, ac medicamentorum, quæ ei à pluribus Medicis præſcripta, & propinata fuerunt, iàm de eorum, quàm de proprio Iudicio, & ſententia ſic teſtatus fuit = *Continuaſſimo à dargli medicamenti ſino ad vn ſegno, che noi conobbimo, che non ſolo non gli giouauano, ma faceuano peggio, e la detta Epilepſia andaua creſcendo, ſi che ſtimando noi altri Medici* (*inter quos includit etiam D. Ianuarium de Biſogno*) *diſperata la Cura di detto Liborio lo licentiaſſimo tanquam deploratus*, vt videre eſt in *Summ. pag.* 166. §. 29. & 30. Concluditque, quod diuulgata ſanatione ex Miraculo B. Iacobi ſe contulit ad Domum d. Liborij, voluitque omnia recognoſcere, deque ea ſic iudicauit, nempè = *giudicai ſecondo le regole della mia profeſſione, che la ſanatione di detto Liborio era ſtato Miracolo del detto B. Giacomo, e l'ammirai, & il detto Sig. Gennaro di Biſogno, che ne parlò con me, giudicò anche l'iſteſſo, perche ſecondo il noſtro parere, e di altri Medici, il detto Liborio non poteua ſanare per via naturale, e preciſe così di ſubito, d. Summ. pag.* 167.

Nec à prędictis diſcordat atteſtatio Ianuarij de Biſogno, qnę à Reuerendiſs. D. Prometore refertur in *Summ. Obiectionali num.* 4. ipſe enim teſtatur, quod Liborius in ætate quindecim annorum laborare cępit forti Epilepſia, qua ſingulis diebus tangebatur quindecim, vel viginti vicibus, & qualibet vice per ſpatium quadrantis horæ, cum totali amiſſione ſenſuum, & cum motibus conuulſiuis totius Corporis, ac tali reſpirandi difficultate, vt quolibet momento videretur mori, quodq; per ſpatium duorum annorum fuerunt adhibita omnia medicamenta ſolita, & neceſſaria, ſinè aliquo fructu concludendo = *per lo che ſi giudicò di difficiliſſima curatione, e come*

tale

tale ſi laſciò in guida della propria natura = & licèt non deſcendat ad illud Indiuiduum, quod agnouerit morbum incurabilem, attamen, quod ſatis verbis non expreſſit, facto ampliſſimè comprobauit, relinquendo Morbum diſpoſitioni naturæ, curamque deſerendo, quam Medici tunc ſolum relinquere ſolent, quando ipſam pro deſperata habent, vt eos facere iubet Hipocrates duobus in locis quos deduximus in probatione Quinti, & Sexti Miraculi *pag.* 107. *in fine*, *&* 108. *in princ.*, qua ratione omnes Medici hanc Curam deſeruerunt, imò etiam prædictus Fenia Medicus ordinarius Domus Auellonæ, qui vt ſuprà notatum fuit his verbis ſe expreſſit = *Lo licentiatiſſimo tanquam deploratus*.

Ac propterea redargui non merentur de exceſſu, & animoſitate cæteri Teſtes, qui depoſuerunt Morbum à Medicis fuiſſe proclamatum incurabilem, & præſertim à d. Ianuario, qui non ſolum in hoc conſenſerat cum prædicto Fenia, aliiſque Medicis, vt idem Fenia teſtatus fuit *d. Summ. pag.* 166. §. 30., Verum etiam deſerendo curam, facto hanc ſententiam comprobauit.

Diſcrepantia, quæ obſeruatur à Reuerendiſs. D. Promotore inter Teſtes circa tempus morbi, & ſanationis tollitur ex dictione = *In circa* = qua in eorum depoſitionibus vſi fuerunt, quę quartam partem temporis ſupplere valet aſcendendo, vel deſcendendo, vt probauimus in reſponſione ad VII. Miraculum §. *Eoque magis*; Nec mirum eſt, quod in facto antiquo Teſtes aliqualiter varient circa prædicamentum temporis, quod in hoc caſu non eſt de ſubſtantia, & eſſentia Miraculi.

Nullaque pariter conſiderari poteſt diſcrepantia inter XII. Teſtem dicentem, quod Liborius acceſſit ad Cappellam Beati aſſociatus à ſuis fratribus, & XX. nempè vnum ex eius fratribus, qui dixit, quod eum aſſociare fecit à quodam ſuo Aulico, quia nihilominus conſtat, quod Antonius Auellonus alter eius frater ſuperuenit in eadem Cappella eo tempore, quo ægrotus ponebat caput ſuum ſuper Corpore Beati, vt videre eſt in *Summ. pag.* 165. §. 25.; Nec eſt mirum, quod XII. Teſtis, qui erat Laicus Ord. Min. Obſer. crediderit, quod omnes prædicti eſſent fratres eiuſdem Liborij; Verum in hac circumſtantia nil penitùs videtur inſiſtendum, quia vis miraculi non conſiſtit in numero perſonarum, quæ Liborium aſſociauerant, cuius circumſtantię tanquam non eſſentialis ob diuturnitatem temporis Teſtes faciliter obliuiſci potuerunt, ſed in probatione extremorum, ex quibus, tale miraculum conſtituitur, in quibus ſeptem Teſtes vniformiter conueniunt, quod ſufficit ad firmanda probationem, & releuantiam huius Miraculi.

Prout etiam nil releuat, quod Teſtes varient in referendo tempus, quo Liborius ſuperuixit poſt obtentam gratiam, quia pariter in hoc non conſiſtit vis, & ſubſtantia Miraculi, & ſatis eſt quod omnes concordent, quod donec ipſe ſuperuixit nunquam ampliùs laborauit ea infirmitate, à qua per Interceſſionem Beati fuerat liberatus, de quo, vt agnouit etiam Reuerendiſs. D. Promotor in §. *Hinc aditus &c.* vix dubitari poteſt.

Circa verò releuantiam negari non poteſt, quod morbus agnitus fuerit incurabilis, ſic enim vltra omnes Teſtes faſſus fuit Medicus Fenia de ſuo, & aliorum Medicorũ Iudicio *Sum. pag.* 166., & proindè tam ipſe quam Medicus Ianuarius eius curam deſeruerunt, vt ambo

bo teſtati fuerũt, quod denotat ab ipſis morbum nulla arte medeti potuiſſe, & ſic conſtat de probatione primi extremi conſtituentis ſanationem miraculoſam; Verùm eſto, quod adhuc morbus iſte, vel ope Naturæ, vel medicamentorum ſanari potuiſſet, adhuc tamen eius ſanatio tribuenda eſt Miraculo, eo quia in inſtanti obtenta fuit, quia natura pedetentim, & cunctatim in ſuis operibus procedere ſolet; Gratia autem ſubitò vt plurimum, & inſtantaneè, vt egregiè in propoſito docet *Diu. Thom. prima ſecundæ quæſt.* 113. *art.* 10. *in Corp., & contr. Gent. quæſt.* 105. *art.* 8. *cum alijs relatis à Contilor. de Canonizat. Sanctorum cap.* 17. *pag.* 172. *verſ. Tertio excedit*, & rectè etiam aduertit Medicus Fenia, qui vtrumque caſum amplectendo, & in vtroque Digitum Dei agnoſcendo, his verbis concludit = *Perche ſecondo il noſtro parere, e di altri Medici il detto Liborio non poteua ſanare per via naturale, E PRECISE COSI DI SVBITO.*

IX. MIRACVLVM

Inſtantaneæ ſanationis Victoriæ Sannellę ab ariditate, attractione, & ſtupiditate Brachij ſiniſtri, & manus ob Apoplexiam, ſiuè veram, & perfectam Paralyſim.

HOc tam inſigne Miraculum ad euidentiam comprobare videtur flexibilitarem Corporis B. Iacobi, Zelumqoe, quem idem Beatus habet huius adeo ſpecialis prærogatiuæ, nam cum Victoria Sannella eam irrideret, percuſſa fuit in brachio, & manu ſiniſtra perfecta Paralyſi, à qua per acceſſum ad Cappellam Beati, ſuæque incredulitatis deteſtarionem, liberata remanſit, vt relaris omnibus huius facti circumſtantijs probatum fuit in Informatione *pag. 169. cum tribus ſeq.*

Vix autem gratiam acceperat, & tam inſignis beneficij Imagine tota præoccupata, non diſcedens à prædicta Cappella, nec diuertens ad extranea, voluit ad æternam rei memoriam huius facti fieri publicum Inſtrumentum. Hinc accerſito Notario, & Teſtibus, qui plerumque præſentes fuerant miraculo, medio Iuramento exponere cæpit: Quod cum Anna Tardia, ei olim narraſſet flexibilitarem Corporis Beati, & qnod eleuabat Brachium, & pedes, vt facilius ſpoliari, nouiſque Veſtibus indui poſſet, ipſa incredula deridere cæpit, hoc factum, conuerſaque ad B. Iacobum dicebat= *Alza il piedi, alza la mano* = quam deriſionem continuauit per ſpatium vnius menſis, pluries eam renouando, & ſignanter dum videbat Religioſos eiuſdem Ordinis, Cumque non reſipiſceret, poſt lapſum dicti menſis experta fuit Cæleſtem vltionem, percuſſa de repente prædicto atrociſſimo morbo, quo tandem ad Interceſſionem Beati fuit liberata, vt habetur ex lectura prædicti Inſtrumenti relati in *Summ. pag. 173. cum duabus ſequen.*

Eamdemque narrarionem repetijt Patri Griſanto de Gaeta Sacriſtæ Cappellæ Beati, cui poſtquam peccata ſua priuata confeſſa fuit, palam ſignificauit talem attractionem ei veniſſe in pœnam deriſionis, quam fecerat de flexibilitate Corporis d. Beati, vt videre eſt *in Summ. pag. 181.*

Benè verum eſt, quod examinata treſdecim annos poſt celebrationem prædicti Inſtrumenti, & Confeſſionis factæ Patri Griſanto, præ pudore, de prædicta irriſione mentionem non fecit, prout eam quoque reticuit Gaietano Sannelli ſuo fratri, vt ipſe met depoſuit, qui eſt Teſtis XXVIII. *in Summ. pag. 186. §. Reſpondit.*

Verùm exindè nulla oriri poteſt contradictio inter prædictum Inſtrumentum, & examen, vt prætendit Reuerendiſſimus D. Promotor, quia ſi Victoria in eius examine talem deriſionem non expreſſit, nec minùs eam negauit, nulloque modo retractauit, quod narra-

uerat

uerat in Instrumento, vt patet confrontando, quę dixerat in eius stipulatione, & habentur *in Summ. pag.* 176. §. t., & ea, quæ deposuit in suo formali examine; *eodem Summ. pag.* 177. *à* §. 4. *ad* 7.; Vndè vtraque depositio veritatem continet, nec vlla alteri aduersatur.

Prout eadem Victoria, nec sibi, nec alljs contradixit referendo in eodem examine, quod elapsis sex Mensibus post d. morbum audiuit, à Luctetia eius Sorore flexibilitatem Corporis Beati, quamuis in Instrumento præcedenter narrasset, quod Anna Tardia ad eius notitiam deduxit prædictam flexibilitatem, & quia non credidit, imò in derisum eam accepit, Cœlesti illa vltione percussa fuit; Distinguendo enim tempora concordantur Scripturæ, siquidem Anna Tardia factum narrauit Victoriæ antèquam prædictum Morbum contraxisset; Lucretia verò postquàm Soror per sex Menses ab eo vexata fuerat ipsam monuit, vt recurreret ad Intercessionem Beati, & ipsa vtroque casu narrationem hanc in derisum accepit, prout de vtroque facto probationem habemus *in Summ. nempè de primo pag.* 173., *& de* 2. *pag.* 177. §. 3., & sic cum ambo prædictæ derisiones in suo casu separato, & distincto verificentur, euitatur omnis contradictio, & discrepantia, quam semper in Testibus euitare debemus etiam si opus esset eorum verba interprætari, & improptiare *dec.* 101. *num.* 23. *par.* 12., *& dec.* 305. *num.* 11. *par.* 14. *Recent.*

In nihilò releuante, quod Lucia Sannella Soror Victoriæ dixerit in suo examine, quod quædam Mulier nuncupata Betta, seu Elisabetha sermonem habuit cum eius Sorore de flexibilitate Corpotis Beati, quod non videtur concordare cum depositione eiusdem Victoriæ, quæ vt præmisimus dixit in Instrumento se monitam fuisse de prædicta flexibilitate ab Anna Tardia; Est enim aduertendum, quod quando Lucia examinabatur super huiusmodi facto iam decursi erant tresdecim anni; Vndè cum memoria labilis sit, mirùm videri non debet, quod tantò spatio temporis oblita fuerit nominis prædictæ Mulierculæ, sicuti etiam oblita fuerat eius Cognominis, vt haberur *in Summ. pag.* 190. *in princ.* ibi = *della quale non mi ricordo il Cognome*,

Prætereà prædicta Mulier poterat nuncupari Anna Elisabetha, & vtroque nomine promiscuè vti; omnisque interprætatio capienda est, vt sequatur conciliatio Testium *decis.* 53. *num.* 15., *& decis.* 24. *pariter num.* 15. *coram Vbago*; Quorum dicta nimium non sunt criticanda, sed reducenda ad concordiam etiam per suppletionem, & interprætationem, maximè cum (vt in casu nostro) omnes vnanimes, & concordes sint circa essentialia, in quibus consistit substantia facti, vt concluditur in *dec.* 55. *num.* 11. *coram eodem.*

Nec refert, quod Caietanus Sannellus dixerit, quod d. Victoria eius Soror, quando à Morbo superuenta fuit, erat ætatis annor. 25.; Victoria verò, quod tunc erat annorum 18. *vt in Sum. pag.* 176. §. 1. in quo concordat VI., & XXIX. Testis; Quia omnes loquuntur cum dictione = *In circa* = nempè Victoria *Summ. pag.* 176. §. 1. ibi = *Io allora ero di* 18. *anni in circa*, = & Testis XXIX. *pag.* 190. = *essendo allora detta Vittoria d'età d'anni* 18. *in circa* = in principio, & XXXVII. Testis nempè Medicus *Summ. pag.* 192. *in princ.* = *di età di anni* 20. *in circa* = quæ dictio, vt probatum fuit in responsione ad Animaduersiones super VII. Miraculo §. *Eoque magis &c.* in-

 cludit

cludit quartam partem temporis aſcendendo, ſeu deſcendendo, & ſic dicta Teſtium præſeruat à quacumque contradictione.

Quæ reſponſio ſuffragatur etiam ad ſaluandam contradictionem obſeruatam à Reuerendiſſimo D. Promotore circa tempus ſequutæ ſanationis, in quo Teſtes de auditu aliquantulum diſcordare videntur, quia loquuntur cum prædicta dictione = *In circa* = præſeruatiua temporis indeterminati. Vltra quod hæc diuerſitas reſpicit tantùm accidentalia, nec alterat ſubſtantiam facti, quod vniformiter, ac concludentiſſimè ab omnibus remaner comprobatum.

Nullaque oriri poteſt contradictio, eo quia Victoria, quæ in præcitato Inſtrumento dixerat, quod dùm in Patria tetigit Biretum Beati Iacobi mouit Brachium, aperuitque Manum, vt habetur in *Summario pag.* 174.) poſteà in eius formali examine dixit, eius Brachium ad tactum prædicti Bireti intremuiſſe, nec de prædicto Motu vllam mentionem fecit; vt legitur *in Summario pag.* 177. Quia ipſa loquuta de Tremore, non excluſit momentaneum illum motum brachij, qui erat neceſſarius effectu tremoris, & propterea tanquam inſeparabilis ab eo actu, ſubintelligi debet; Præterquamquod non erat neceſſe, quod referret omnes minutias, quæ ei euenerant in Patria, vbi gratiam recipere non potuit, quia in ijs non conſiſtebat vis, & releuantia Miraculi poſteà ſequuti in Ciuitate Neapolis, ſed ſatis erat exprimere aliquem ex effectibus, ex quo ipſa inditium ſumere potuit grariæ poſteà conſequendæ.

Nec obſtat, quod VI. Teſtis, nempè Fr. Ludouicus ab Auerſa de auditu retulit, quod in Terra Piſciottæ applicatum fuerat Biretum B. Iacobi ad Brachium Victoriæ = *E non ne ſortì neſſuno effetto* = *vt in Summario pag.* 189.; quia verba illa non excludunt rremorem Brachij, aut eius quoque motum, & ſeparationem à pectore, ſed ſignificare videntur, quod ſanatio tunc obtenta non fuit; quæ erat obiectum illius applicationis, & recurſus ad Beatum; Et cum tunc, obtenta non fuerit, meritò fuit dictum — *Non ne ſortì neſſuno effetto*.

Addi etiam poteſt, quod reſpectù eorum, quæ ſucceſſerant in Terra Piſciottæ, ipſe eſt tantùm Teſtis de auditu, & proindè decipi poruit, ſed de his, quæ euenerunt Neapolis in Cappella Beati, eſt Teſtis de viſu, & in nihilò fallitur, & ſuper hoc fuit principaliter inductus, & eſt principaliter attendendus, non ſuper alijs, quæ obiter ad eius notiriam deuenerunt.

Circà releuanriam ingenioſiſſimè opponit Reuerendiſſimus D. Promotor, quod cum attractio brachij producta fuiſſet à cauſa ſupernaturali in pœnam temeritatis, qua Victoria illudebat flexibilitatem Corporis Beati, non videtur Miraculum, ſi à conſimili potentia ſupernaturali diſſoluta fuerit, cum naturale ſit, vt eo modo vinculum ſoluatur, quo factum fuit.

Prompra ramen eſt reſponſio, quod ſi non eſt miraculum reſpectù huiuſmodi potentiæ ſupernaturalis, cui prodigioſè, operari, naturale eſt, vtique Miraculum dicendum eſt reſpectù paſſi, nempè Victoriæ, quæ ob ſuam temeritatem caſtigata fuit à potentia ſupernaturali medio naturali, & deindè ab eadem, abſque vllo naturali medio, ſanata fuit; & ſic Vinculum, quod à potentia ſupernaturali factum fuerat, ab eadem ſupernaturaliter ſolutum, remanſit,

ſit, proùt ex eadem ratione Miraculum, & quidem inſignè antiqua Sæcula reputarunt. Quod quando ad D. Agnetem in lupanari conſtitutam acceſſit filius Præfecti Vrbis animo eam violandi, fuerit ab Angelo ſtatim percuſſus, & Vita orbatus; & poſtea ad præces eiuſdem Agnetis ad duplicem Vitam reſtitutus, nempe etiam ad fidem Chriſtianam, vt legitur in eius Vita, & quod Sanſon Dolenſis Archiepiſcopus, illum, qui *ipſi* Venenum propinauerat in pœnam delicti Spiritu immundo oppreſſum, poſtea Miſeratus Sanitati reſtituerit; de quo, *Marull. lib. 3. cap. 3., Matt. de Canoniz. Sanctor. par. 3. cap. 16. num. 4.*

Et inſigne pariter huius generis Miraculum reputatum fuit, quod natratur de Sancto Antonio Patauino, videlicet, quod cum quidam Hæreticus ad irridendum Miracula, quæ in eius Sepulchro patrari audierat, vna cum alijs Socijs pariter Hæreticis, ibi acceſſerit Velatis Oculis exclamans, quod à ſuis inimicis eruti ei fuerant, iactabatque iàm gratiam recepiſſe, vt poſtea factum detegendo, ſic alia quoque Miracula fieri poſſe conuinceret; dum Vitta ei derrahebatur remanſerunt in ipſa infixi Oculi, quo facto exterritus, ſuum publicè fatendo peccatum, non ſolum gratiam conſequutus fuit recuperandi Oculos, ſed etiam acquirendi lumen Mentis, & quidem ingenti, cum fœnore, etenim tam ipſe, quam omnes eius Socij, ſtatim ad Fidem Catholicam deuenerunt, vt legitur in Chronicis S. Franciſci compoſitis à Patre Marco Vlixiponen. *Vol. primo par. prima lib. 5. cap. 34. pag. 64. litt. D.* cuius verba ſunt = *Mà perche il Signore sì come cauando dal male bene, vſa molte volte la Miſericordia, così à quelli, che del bene vogliono cauar male sà ancora à tempo vſar la ſua vendetta. Ad vn Heretico, che accordatoſi con degl' altri Heretici à voler ſchernire i Miracoli del Santo, preſa vna pezza inſanguinata, e ligateſela ſopra ambidue gl'Occhi, ſi fece portare al ſuo Santo Sepolcro, facendo dire à tutti, che gli erano ſtati cauati gl' Occhi, poſcia ſtato, che fù vn pezzo al Sepolchro, cominciò à gridare, e moſtrare di volerlo ringratiare, che gli haueua reſi gl'Occhi, per riderſene poi con quegli Heretici, che ſapeuano la trama, e voleuano manifeſtare in publico per dare ad intendere à Chriſtiani, che tutte erano finte d coloro, che diceuano di hauer male, non lo hauendo, fece S. D. M., che egli ſi diede del ferro ſopra i piedi da ſua poſta, perche in quello, che tutti i ſuoi Compagni Heretici pregauano il Popolo, che pregaſſero per colui, à cui ingiuſtamente erano ſtati cauati gli Occhi, e che egli parendogli già tempo incominciò à dire, che S. Antonio l'haueua liberato; Nel cauarglì la benda, gli reſtarono attaccati ad eſſa ambedue li Occhi, laonde il pouero huomo conuertito il ſuo riſo in amariſſimo pianto, e confeſſato il peccato publicamente cominciò ad inuocare da ſenno quel Santo Padre, che prima haueua ſchernito, nè fù mai ſprezzato dal Signore, il Cuore Contrito, perche moſtrata già la ſua Miſericordia reſtituendo gli Occhi à quel Meſchino, inſieme con il lume della mente mediante la Fede ſua Santiſſima, ne ſolo à lui; mà tutti gli altri ſuoi Compagni ancora, che ſi conuertirono alla Fede Cattolica.*

Pluraque alia extant exempla Sanctorum, qui in Deriſum accepti, pœnam deriſoribus priùs impetrarunt, & poſteà Veniam, & ſalutem, & vtrumque reputatum fuit Miraculum, quæ conſulto tranſmit-

ſmittimus ; quia frequentiſſima, & ſatis nota, & quia præcedentibus allegatis, ſufficienter difficultati ſatisfactum fuiſſe videtur.

Nec profecto ſuſpicari poteſt, quod Morbus, quo percuſſum fuit Brachium Victoriæ ab Inuaſione Demonum peruenerit, ſtante fœtido illo humore, qui in actu ſanationis obtentæ in Cappella Beati ex eodem effluxit ; Etenim circa ideam Morbi nulla ſubeſt diſputandi occaſio, quiâ à Mattheo Caſaburi Medico Curæ, qui in *Summario eſt Teſtis XXXVII.* definita, & determinata fuit pro Vera, & perfecta Paralyſi, & pro tali diù curata, *vt ibidem videre eſt pag.* 191. §. 5. ; Neque vllum vnquam inſurrexit inditium in principio, progreſſu, & fine Morbi, huius prætenſæ Demoniacæ inuaſionis.

Quod denique prædicta attractio mediante naturali Cryſi obtenta, per illum copioſum ſudorem naturaliter ſolui potuerit, tollitur reſponſione alias data ad octauum Miraculum §. *final.* vbi firmatum fuit, quod etiam ſaluſquę obtineri poteſt ope naturę, ſi tamen obtinetur inſtantaneè, & immediatè, & eo præciſo tempore, quo alicuius Beati Patrocinium imploratur, adhuc Miraculoſa eſt reputanda, ob illam inſtantaneitatem, naturæ non competentem, quæ Morbos paulatim concoquere, & ſoluere poteſt, non autem in inſtanti, vt facit Gratia, & latius firmatum fuit in probatione VI. Miraculi *pag.* 110. §. *Releuantia*.

DE

DECIMVM MIRACVLVM

Inſtantaneę Sanationis Lucię Tramę Pinſochæ ab attractione Brachij Dexteri, ac Manus ob Applexiam, ſiuè perfectam paralyſim.

SVper probatione primi eſtremi huius Miraculi adeſt depoſitio Medici Caſaburi, qui examinatus ſuper Morbo Victoriæ Sannellæ, & interrogatus iuxtà X. an ſciret, quòd B. Iacobus operatus fuerit alias Gratias, ſiuè Miracula dixit = *Et bora mi ricordo, che nella detta Terra Piſciotta vna tale Giouane chiamata Lucia Trama, quale medeſimamente era Cionca d'vn Braccio, e che doppo applicato qualche medicamento da mè applicatole, ſecondo mi ricordo, furono medicamenti locali, benche non mi ſouuiene della ſpecie di detti Medicamenti ſenza ritrarne profitto alcuno, fuſſe poi la medeſima venuta in Napoli, & iui haueſſe impetrato ad Interceſſion di detto Beato Giacomo la Gratia, ò Miracolo della ſua Sanatione. che lei medeſima, per quanto mi ricordo mi diſſe eſſer ſtato inſtantanea, e l' hò ſentito anco dire publicamente da altri, mà Io non sò di queſto fatto le particolarità della ſua guarigione, il quale fatto è accaduto da ſette anni in circa, per quanto mi ſouuiene,* vt legitur *in Sum. pag.* 193. §. 9. *& pag.* 194.

Reliqui verò Teſtes, nempè VI. Sacriſta Cappellæ Beatî, & XII. eius Socius perneceſaè viderunt Brachium attractum, dùm eum inuolverunt funiculo dicti Beati, manumque attractam immiſerunt intus eius Biretum, Hinc VI. = *venne vna Monaca &c, col Braccio deſtro e mani attratte, che non ſe ne poteua ſeruire in niun modo, anzi la mano li puzzaua per molti medicamenti fatti, alla quale Patiente l' inuolſi nel Braccio inferma la Corda di detto Beato, ſeù Cordone, che portaua, mentre era viuo, e la mano inferma dentro la Beretta di detto Beato,* vt *in Summ. pag.* 195. §. 1. & 2., *& pag.* 196. §. 4., & Teſtis XII. paritèr deponit de viſu, vt legi poteſt eodem *Summ. pag.* 196. & 197., vbi quod vidit applicationem funiculi, & Bireti Beati ad Brachium, & manus infirmæ, & ſignanter §. 9. obſeruauit, quòd eius Manus à parte interiori fecerat quemdam Tartarum luteum.

Circà verò ſecundum extremum omnes prædicti duo Teſtes ſunt paritèr de viſu, imò fuerunt cooperatores ad Miraculum, quia inuoluerunt Brachium, & Manum Patientis prædicto funiculo, & Bireto Beati. Et quamuis referant ſuper hoc factum fuiſſe publicum Inſtrumentum per Acta Philippi Mornelli, ſeù Moruilli, attamen ſe non referunt ad contenta in prædicto Inſtrumento, quò caſu eorum depoſitio eſſet relatiua, & ſine relato nihil probaret, ſed abſolutè depoſuerunt, & independentèr à prædicto Inſtrumento,

to, illudque ſolùm enunciarunt ad maiorem probationem huius Facti, vt reſpectu VI. Teſtis videri poteſt *in Summ. pag.* 196. §. 4. & reſpectu XII. *pag.* 197. *&* 198. ante §. 13.

Quamobrem cùm de morbo prædictæ Luciæ deponat de viſu, Medicus Curiæ, & Sacriſta Cappellæ Beati, eiuſque Socius, & paritèr iſti duo deponant de viſu, & de facto proprio quoad eius inſtantaneam Sanationem, non videtur ambigendum de probatione, & releuantia huius Miraculi, non obſtante, quòd Lucia, eiuſque frater, alijque de hoc Facto informati, non fuerunt examinati, quia non probatur eorum ſuperuiuentia de tempore examinis, nec eſt veriſimile, quod iſti prætermiſſi fuiſſent, ſi potuiſſent examinari & quòd non eſt veriſimile, non eſt attendendum *deciſ.* 19, *num.* 2, *part.* 19. *recent.*

XI. &

XJ. & XJJ. MIRACVLVM

Sanationis Hieronymi Franciſci Barberini à Natiua pedum inuerſione, & ab Angina, ſeù Muſculorum Gutturis inflammatione.

CLaudit Agmen tot inſignium Miraculorum duplex qualificatum Miraculum patratum à Beato Iacobo in Perſonam Hieronymi Franciſci Barberini, qui à Pedum inuerſione, & Gutturis inflammatione, & ſic à planta pedis ferè vſque ad verticem Capitis miraculosè ſanatus fuit; Nihilominùs in Materia probationis reſpectu liberationis pedum, ponderat Reuerendiſſimus Dominus Promotor, quòd deficit examen tàm Medici, & Chirurgi, quàm ipſiuſmet Patientis; Verum examen Medici adeſt *in Summario pag.* 211. *ad* 213., qui licèt principaliter vocatus fuerit pro curando morbo Anginæ, attamen à Matre Patientis certioratus fuit non ſolùm de Sanatione filij à prædicto Morbo obtenta ad Interceſſionem Beati Iacobi; Verùm etiam de Pedum directione, quos inuerſos anteà viderat, vt habetur in *Summario pag.* 213. ibi = *Al che mi replicò detta Signora Maddalena, che il Beato Giacomo, non ſolo l'haueua Miracoloſamente ſanato detto ſuo figliolo della detta Angina, mà che parimente l'haueua raddrizzato li piedi, e le gambe ſtorte, con le quali era nato così ſtorte, e ſtroppie, e mi moſtrò il detto figliolo, & Io lo viddi, quale ſtaua raddrizzato con dette gambe, e piedi, e lo fecimo caminare, e caminaua, il che mi caggionò di nouo gran meraquiglia, mentre per prima l'haueuo viſto, e toccato con le dette gambe, e piedi ſtorti, e ſapeuo, che era nato così dalla relatione di tutta la ſua Caſa, però Io mi ricordo hauerlo viſto così ſtroppio di gambe, e piedi fin dall'età d'anni due in circa, che allora haueua detto figliolo, e per il tempo antecedente lo sò, e che era così ſtroppio per la detta relatione fattami come di ſopra, e sò anche per hauerlo viſto &c.* = Ideòque benè deponere potuit de vtroque extremo.

Chirurgus verò non potuit examinari, quia poſtquàm fruſtrà procurauit dirigere Pedes huius Pueri, quem potiùs læſit, quàm coadiuuauerit, licentiatus fuit à Cura, vt habetur in *Sum. pag.* 203. §. 2., & ſic ignorabat ſecundum extremum Sanationis, & de primo ſatis ſuperque habebatur probatio ex quatuor Teſtibus de viſu, itaùt non eſſet neceſſe, hanc imperfectam probationem ab ipſo exquirere.

Patiens verò cum de tempore examinis vix haberet nouem annos, non poterat admitti de iure ad teſtificandum cùm ſaltèm excedere debeat 12. Annos vt quis validè Teſtimonium ferre poſſit *l. Teſtium*

ſtium §. *lege Iulia*, *& ibi gloſ. litt. V. ff. de Teſtibus*.

Circà verò Relcuantiam obſeruat Reuerendiſs. Dominus Promotor Pedum inuerſionem prouenire potuiſſe à Dæmone; quod negare nolumus, quia nobis non nocet, & affirmare non audemus, quia nullum vnquàm patuit in prædicto Hieronymo Franciſco indicium Dæmoniacæ inuaſionis; Verum etiam ſi de illa conſtaret, attamen cùm ſanatio obtenta fuerit ad interceſſionem Beati, nullo præuio exorciſmo; vtique miraculo eſſet tribuenda, prout recenſentur inter Miracula Saluatoris pluresEnergumenorum liberationes,alieque factæ abApoſtolis,& SanctisViris,quorum in propoſito meminit *Matt.de Canonizz. Sanctor. par.3. cap.16. à n.1. vſque ad num.7.* Qui *num.2.* aduertit, quod liberare Energumenos eſt ſpeciale attributum Angelorum, qui quemadmodùm de Cælo Angelos reprobos eiecerunt, ità eos perſequi, & adhùc fugare non deſinunt; Fuga autem Dæmonum tùnc non refertur Miraculo expellentis, cùm iſte agit non propria virtute, ſed exorciſmi, & ordinis, & ſic potiùs ex opere operato, quàm operantis.

Ad obiectum verò, quod huiuſmodi Miraculum non fuerit patratum in inſtanti, ſed cunctatim, & ſucceſſiuè, fuit in informatione data congrua reſponſio *pag.201. §. Non obſtat, quod hæc non aduenerint in inſtanti &c.* vbi pluribus anthoritatibus probatum fuit, quod nil derogat Excellentiæ Miraculi, ſi per aliquod temporis ſpatium Veſtigia, & accidentia morbi remaneant, & paulatim remittantur, atque langueſcant, dummodò eius malitia (vt in caſu noſtro) ſtatim deuicta, & debellata fuerit.

Nec eius eſſentiam deſtruit defectus Inuocationis Patrocinij Beati, quod (vt aduertit Reuerendiſs. D. Promotor) quoad hanc pedum imperfectionem non videtur imploratum, nec à Patiente, nunc in Infantili ætate conſtituto, neque ab eius Domeſticis, & Conſanguineis; Quia ſicuti compertum eſt, quòd factus fuit recurſus ab eius Genitoribus ad Interceſſionem noſtri Beati pro obtinenda Pueri Sanitate à lethali Morbo Anginæ, ità non eſt nouum, quod SS.Inuocati pro Sanitate vnius morbi, plures contulerint Gratias, de quo exemplum habemus in Diuo Franciſco; cùm enim delapſus fuerit ingens lapis ſuper Capite vnius Mulieris deuotæ eiuſdem Sancti, omneſque crederent, quod ipſa eſſet mortua, non ſolùm ad inuocationem nominis Diui Franciſci ſurrexit ſana, & ſalua; Verùm etiam dolorem Capitis, quo perpetuo laborabat ampliùs non perſenſit; Cùmque aliàs ab ingenti pariter lapide coopertus fuiſſet quidam qui coopetabat ad ornandum Altare eiuſdem Sancti, & Mortuus ab omnibus reputaretur implorato ab Adſtantibus eius patrocinio Sanus euaſit; Imò cùm eſſet defectuoſus in oculis ab eo quoque defectu Sanatus remanſit, vt habetur reſpectu primi duplicati Miraculi in Cronicis S. Franciſci compoſitis à P. Marco Vliſſiponen. *par.1. lib.3. cap.6. pag.293. litt.D.* & reſpectu ſecundi pariter duplicati Miraculi *d. lib.2. cap. 7. litt.A. pag.294.* quæ pro maiori facilitatione dantur in annexo *Sum.Num.vnic.*

DVO-

DVODECIMVM MIRACVLVM

Sanationis eiusdem ab Angina, seù Gutturis inflammatione.

CIrca durationem Morbi Anginæ aduertit Reuerendiss. D. Promotor, quod XXV. Testis, nempè Pater Hieronymi Franciſci retulit, quod Morbus durauit per ſpatium duodecim dierum, & *Teſtis XXXIII. Summ. pag.* 210. dicit, quod durauit per plures dies, quæ pluralitas non poteſt extendi in eius ſenſu vltra duos, vel tres dies; Sed eſt aduertendum, quod Pater ità depoſuit = *Vi chiamai per curarlo il Medico D. Aleſſandro Ambroſſelli &c., e continuò à viſitarlo, e darli rimedij per lo ſpatio di dodeci giorni in circa Summ. pag.* 284. §. 8., *Teſtis verò XXXII. Summ. pag.* 208. §. 25. concordando de tempore decubitus, refert febrem Patientis fuiſſe Malignam, eique plura medicamenta applicata fuiſſe, ſubdens = *E queſto durò per più giorni* = Vnde cum agatur de morbo acuto, pluralitas illa dierum debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, nempè de duodecim, vel quatuordecim diebus, quibus Morbi acuti (Teſte Hipocrate quem ſequitur omnis Turba Medicorum,) durare, & iudicari ſolent.

Quod vero prædictus *Teſtis XXXIII.* variauerit circa perſonam Barbitonſoris, qui applicauit Cucurbitulas Infirmo, & ad eius caput Gallum exenteratum, parum refert ad ſubſtantiam Miraculi, prout nulla conſiderari poteſt diſcordia aut contrarietas inter Teſtes, dum Ioſeph Soldanus *XXX. Teſtis* deponit, quod cum ipſe ire non poſſet ad applicanda prædicta Medicamenta Infirmo, iuit alius Barbitonſor nuncuparus Martius, alias Mazzullo, vt in *Summ. pag.* 210., cum quo concordat Mater Sanati; At *XXXV. Teſtis* nempè Dominicus Violantes dixit; Omnia ab ipſo facta fuiſſe, quia iſte Magiſter Martius, alias Mazzullo, ſeù Mappello eſt idem Dominicus Violantes, vt videre eſt in *Summ. pag.* 206. *ſub* §. 17. ibi = *E le fece vn Maſtro Barbiero, chiamato Mazzullo Violante* =

Circa verò Releuantiam nil referre videtur, quod alij laborantes in eadem domo ſimili morbo Anginæ (Sed non adeò grauiter) Sanati naturaliter fuerint, quia Medicus, qui illos, & Hieronymum Franciſcum curabat, clarè, & apertè pronunciauit de illo actum eſſe, vt in *Summ. pag.* 211., & 212. §. 2., & 3., & ex diuerſitate pronoſtici perſpicua redditur maior ingraueſcentia morbi, quo ipſe vexabatur.

Prout etiam nil refert, quod Puer eſſet vegeti caloris, quodque ei fuerit promptè conſultum per Medicamentorum applicationem, quia nihilominus his non obſtantibus eius ſalus deſperata fuit à Medico, cum ſuperata eſſet natura à morbo, nec cederet medicamentis, vt habetur in *Summ. dicto pag.* 212.

Quod verò Puer in inſtanti Sanatus non fuerit, nil derogat ſubſtantiæ Miraculi, cum (vt pluries replicatum fuit in probatione aliorum Miraculorum B. Iacobi, & in reſponſione ad Animaduerſiones Reuerendiſs. D. Promotoris ſuper eiſdem, & ſignanter in Informatione

ne ſuper iſto Miraculo §. *Non obſtat pag.* 101.) ſufficit pro ſtruenda teleuantia Miraculi, quod ſtatim ceſſauerit, malitia Morbi, & reliqua accidentia paulatim remiſſa fuerint.

Addito quod Puer iſte ſtatim ac ebibit Aquam ſeruatam in Vrceo Beati Iacobi, conualuit, & ſolum poſt tres dies euomuit magnam quantitatem puris mixti cum ſanguine; quod naturaliter euenire non poterat, quia adhuc materia peccans tetinebatur in Gutture, ex quo perſpicuum redditur, quod Inimici prius in eorum Tentoriis à potentia ſupernatutali debellati fuerunt, ibique ad triumphum tetenti, ſed iuſſi ne interim nocerent, & poſtea expulſi, quod eſt maius Miraculum.

Expulſio Muſcarum credimus quod poſſit referri ad potentiam expurgatiuam, vt concludere videtur Reuerendiſſimum D. Promotor, ſed quod ægroti vires iam proſtitutæ, & à materia morbifica adhuc exiſtente in gutture, oppreſſæ potuerint hoc efficere, certe non naturali Virtuti, ſed Miraculo videtur omninò eſſe tribuendum.

Ex his ſufficienter ſatisfactum fuiſſe videtur omnibus obiectis excitatis à Reuerendiſſimum D. Promotore Fidei aduerſus ſupradicta Miracula Beati Iacobi; Itaut merito ſperari poſſit ab infallibili S. Sedis Iudicio eorum approbatio.

Vetùm ſilentio prætereundum non eſt id quod ferè poſt toraliter impreſſas has Reſponſiones ad noſtram deuenit notitiam, mirantibus omnibus quantum Diuina Maieſtas in hoc Seruo Suo ſibi benè complaceat (, & vt ita dixerim) nouis honorum incrementis quotidiè magis eum ſtudeat glorificare; In hoc enim rerum articulo ex ſua Diuina diſpoſitione, Hiſpaniarum Glorioſiſſimus Monarcha præ ſua illa eximia pietate, quæ inter cæteras eius Regias virtutes heroicè præfulget, noſtroque Sæculo eſt pariter exemplo, ac ornamento, Neapolim peruenrus ad Cappellam Beati Venerabundus ſe contulit, eiuſque Caput parteſque ſub pectore exiſtentes propria manu tangere voluit, earumque expertus flexibilitatem valdè de ſtatu huius Sacri Depoſiti admiratus remanſit, vt vltrò referre dignatus fuit Eminentiſſimus Cardinalis Vtſinus in ſua Epiſtola nouiſſimè ſcripta ad Reuerendiſſimum D. Promotorem, prò vt ipſe Teſtari poterit huic Sacræ Congregationi.

Quare &c.

Jo: Baptiſta Lucinus Aduocatus
Jo: Baptiſta Barberius

REVISA.

Andreas Pierius ſubpromotor Fidei.

SVM-

SVMMARIVM ADDITTIONALE.

Croniche degl'Ordini inſtituiti dal P. San Franceſco compoſte dal Reu. P. F. Marco da Lisbona ſtampate in Venetia dal 1604. appreſſo Pietro Ricciardi par. 1. lib. 3. cap. 6. pag. 293. littera D.

Num. Vnico *Primum duplicatum Miraculum.*

NELLA Chieſa di San Franceſco d'Aſſiſi, mentre, che gli era la Corte Romana, predicando il Cardinale Oſtienſe, che poi fù Aleſſandro Papa IV., cadde vna gran pietra ſul Capo ad vna Donna aſſai diuota, e fù tale la percoſſa, che ella caſcata in terra, tutti ſtimorono, che ella foſſe morta, e come tale la coperſero col proprio manto per non ſturbare l'Vdienza, con penſiero, che finito il Sermone ella foſſe portata poi di fuori per dargli conueniente Sepoltura; Mà la Donna (come ella diſſe poi) nel riceuere il colpo, con tanta gran fede chiamò in ajuto il Glorioſo Padre San Franceſco (dinanzi al cui Altare allora ſtaua) che finito il Sermone ella con l'altre Donne ſi leuò in piedi tutta ſana, e ſalua, ſenza pur ſegno = alcuno, e quel, che fù di maggior merauiglia, hauendo = hauuta longo tempo vna Doglia di Teſta inſopportabile = col mezzo di quel colpo sì mortale non la ſentì mai più = d'indi in poi.

Secundum duplicatum Miraculum.

Eadem part. t. lib. 2. cap. 7. pag. 294. litt. A.

Eſſendo ſtata tagliata da certi huomini del Caſtello di Lantino vna gran pietra per metterla in vn' Altare della Chieſa di San Franceſco, e con tutto, che vi foſſero circa quaranta Huomini per volerla leuare, & accommodare ſopra di vn Carro per condurla alla Chieſa ſopradetta, non hebbero mai forza di potergliela mettere; onde volendo certi ſoprafare la Pietra, li ſcappò fuori delle mani, e coperſe ſotto vn di loro, per il che tutti gl' altri impauriti per non ſapere che farſi in ſuo ajuto, e più per non hauer da vedere iui così horrendo Spettacolo, da dieci in fuori, ſe ne andarono tutti, i quali dieci inſpirati dal Signore, inuocato, che hebbero San Franceſco, che haueſſe pietà di chi per amor ſuo era ſtato à quel

quel termine condotto, ſi miſero à voler voltare la detta Pietra, il che gli auuenne tanto ageuolmente, che ben parue loro di eſſere ſtati ajutati da quel Santo, e leuata, che fù la Pietra, ſubito ſi leuò ancora l'Huomo = tutto ſano, e ſenza offeſa alcuna, anzi hauendo egli gl' = Occhi difettoſi, ne reſtò allora intieramente riſanato, ac- = ciòche tutti ſapeſſero quanta virtù, e valore appreſſo à Dio = haueſſe il Glorioſo Padre S. Franceſco, ancora nelle coſe = diſperate &c:

REVISA:

Andreas Pierius Subpromot. Fide.

Joannes Zuccolorius Subpromot. fidei. 1

NEAPOLITANA

Canonizationis

B. IACOBI DE MARCHIA

Ordinis Min. Obſeru. S. Franciſci.

PONDERATIONES MEDICOPHISICÆ

Pro Veritate D. Iacobi Sinibaldi Medici Collegiati, & Publici Lectoris.

SVPER DVBIO.

An, & de quibus Miraculi conſtet.

Beatiſsime Pater.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis iamdudùm, & meritò fuit aſſertus, mirabilem ampliùs non eſſe, liceat mihi ſine piaculo aſſerere, *Bme Pater*, non ex Miraculorum penuriâ, ſed ex abundantia, vt enim in ijs, quæ ex Naturæ ordine ſpectantur, perpetuis Miraculia, ſolis nempè ac Stellarum vicibus, plantarum, & Animantium generatione, tollit admirationem frequentia, ità in ijs, quæ vltrà Naturæ vim, Sanctorum Miniſterio patrari tàm ſæpè conſpicimus creſcit Fides, decreſcit Admiratio, ea propter Diuus Ludouicus Galliarum Rex, cùm in Sacrâ Celebrantis Hoſtiâ Ieſum Infantem omnibus viſibilem apparere audiuiſſet, nullâ motùs admiratione, eat, inquit, viſum qui non credit, ego enim credo: Iuſſus itaque ad trutinam expendere Beati Iacobi Miracula libentèr prò viribus obtempero, vt, ſi quæ, vel intrà Naturæ cancellos Miracula coerçeam, aut vltrà confitear in vtriſque Dei digitum totiès vtrobiquè mirabilem mirari deſinamus.

Ad primum Miraculum assertum.

Incorruptionis, & Flexibilitatis Corporis Beati Jacobi.

REsolutis per Dominum Causæ Patronum difficultatibus in facto adnotatis à Reuerendissimo Fidei Promotore, ac satis superque firmatâ Incorruptionis, quam vocant, & Flexibilitatis veritate, incumbit mihi onus expendere an illæ Naturæ vires excedant, & inter Miracula sint adnumerandæ.

Profectò, quia Rectum est Iudex sui, & obliqui, vt docét Aristoteles, non anteà de Incorruptione loqui possumus, nisi priùs intelligamus quid sit Corruptio, & quomodò fiat.

Quid sit Corruptio, Nomen ipsum per se explicat, relictis Scholarum definitionibus, quibus notum per ignotum solet in hac re explicari; sicut enim in artificialibus rumpi, aut corrumpi rem aliquam dicimus, cùm partes totum integrantes, & continuum componentes disgregantur, ac diuidunrur, ità in Physicis cum elementa compositum constituentia dissociantur, aut resoluuntur, vocatur Corroptio. Hanc antèm Corruptionem duplici modo fieri posse docuerunt, tum Aristoteles, tum etiam Galenus, putrefactione scilicèt, & exiccatione, Putrefactio dicitur, cùm corpus mixtum corrumpitur in vermes, tabum, situm, & fetorem, Exiccatio verò, cum resolutis partibus humidis, & volatilibus, corpus ad marcorem perducitur; Licet autèm Aristoteles, aut fortè eius Interpres genus cum differentia confundens, putrefactionis nomen tribuat etiam corruptioni à siccitatè, meliùs tamen Galenus. *Caterùm non quidquid corrupitur putrescere dicimus, sed quibus id cum fetore accidit.* Et libro de Marcore. *Marcor est viuentis coporis prę siccitate corruptela.*

4. *Meteor. cap. 2. text. 6.*

5. *de simpl. c. 5.*

Cap. 1.

Hinc sicus passulę, alijque fructus, immò, & Animalium carnes fumo, aęre, vel sale exiccatæ; quæque humidioribus partibus paulatim absumptis, ad diuturnam conseruationem disponuntur, imputridæ quidèm dici possunt, non aurèm incorruptæ, atque ita omnis putredo est corruptio, sed non omnis corruptio est putredo.

Cùm autèm putredo fiat in humido, marco verò in sicco, hinc Viuentium corpora, quæ humido àqueo, & oleoso sunt referta, post mortem putrescere neeesse habent; *Omnium autem promptissimè putrefiunt, quæ sanguine prædita sunt*, vt ait Zacchias, *quod calido simul, & humido temperamento natura sint, quorum vtrunque putredinis principium est.* Mixta verò, quæ partibus terreis, & salinis abundat non putredine, sed marcore ad corruptionem perueniunt.

Lib. 4. tit. 1. quæst. 10.

Ex dictis illud consequens necessariò resultat in Beati Iacobi cadauere Miraculum Incorruptionis non esse quærendum, ad Miraculum enim constituendum, inquit Zacchias. *Debet Cadauer non solùm secundùm solidiores partes, & siciores tale conseruari,*

Ibidem num. 29

dari, sed etiam secundum molliores, & humidiores, & secundùm eas, quæ magis sunt putrefactioni obnoxia, at manifestam, & vniuersalem exiccationem in Beati Corpore Testes, ac Periti fatentur. Testis enim 41. air: *E toccai li nerui con qualche parte di carne diſſecata*. item sequitur. *E toccai li nerui del d. Braccio intieri, mà diſeccati, che sembrauano come corde*.

Fortiùs autèm secundus Peritus. *Tibiæ, & pedes ficciſſima, atque duriſſima teguntur pelle, muſculoſaque caro pelli ſubiecta, non ſolùm in his, ſed vniuerſo corpore pluſquàm ficciſſima, & exucca exiſtit*, & paulò infrà. *Denique totum Corpus ſicciſſimũ, & exiccũ*.

Præterea corruptionem à siccitate, & marcore satis arguit nasi extremitas deficiens. Secundus enim Peritus; *Naſus* (inquit) *intactus, præterquam in apice, vbi vix, parumque eroſus*. Item quartus Peritus. *Naſi cartilago, ac os nauiculare cum quinque metatarſi oſſibus pedis dexteri abſunt*. Et hoc idem affirmant quintus, & sextus Peritus. *Cap.42.*

Scio, Sanctorellum in Postpraximedica quæstionem facere cur nares, cùm sint frigidæ, & siccæ, primùm tamen ferè semper sentiant putredinem. *Videmus* (inquit) *quòd cùm partes omnes corporis ſint incorruptæ, extrema tamen pars narium ferè ſemper deſideratur, vt obſeruauimus in Corpore Beati Iacobi de Marchia Neapolis in Templo S. Mariæ della Noua, in Corpore Borbonij in Caſtro Caietæ, & Venetijs in Corpore S. Helenæ*. Ad quod respondet. *Non eſſe partem illam corruptam, quamquam videatur corrupta, videtur autèm deficere eam ob cauſam, quia extrema pars narium cartilagini hæret, non alicui oſſi, cartilago autem exiccata facile contrahitur, contractà illà contrahitur caro, cutiſque illi innixa*. Sed vt ita esse Sanctorello concedamus; illa tamen tanta siccitas, quæ tantam contractionem in cartilagine facere potuit quid aliud sanè est quàm signum euidens corruptionis ex marcore?

Exclusâ ergò incorruptione, quærendum remanet an Beati Corporis imputrefactio censeri debeat Miraculum, ad quod paritèr excludendum, aliqua animaduersio vim facere videtur. Nimirùm Senex nonagenario proximum, ieiunijs, laboribus, pœnitentijs, atque vltimo senio penè exanguis redditus, & exiccatus, quid mirùm, si post mortem viam marcoris potiùs, quàm putredinis sit prosequutus?

Adde, quòd ad hanc imputrefactionem naturalitèr comparandam non parùm adiuuare potuit exenteratio, & repletio ex gossipio, quibus omnis residua humiditas abstergi potuerit.

Hisce tamen nihil obstantibus dico, & firmitèr credo imputrefactionem Beati Iacobi miraculosam esse iudicandam; etsi enim controuerti non possit præfata siccitas, qua tamen viuens adhuc secundùm potiorem partem, vt puto, præ laboribus, ac ieiunijs, vt diximus, affectus erat; adhuc tamen tanta illi remansit humidarum partium substantia, quæ sanè putrefactionem naturalitèr effugere non poterat.

Probatur hoc à Peritorum, ac Testium depositionibus. Primus enim Peritus mollitiem in cute, ac tractabilitatem obseruans ait. *Quæ quidem mollities vtpotè, quæ ab vnctuoſa quadam car-*

nium ſubſtantia partibus iiſdem hærente in viuentibus fiat, non ſine noſtra admiratione, hoc quoque in Corpore prænsus Thaumaturgo obſeruare potui.

Secundus Peritus §. 3. *Brachia cum humeris &c. intactis habent muſculos, muſculoſamque carnem integra cute contectos*, item §. 7. *Nec minùs ſupernaturale eſt poſt 224. annos &c. in quibuſdam ſingularibus partibus mollem obſeruari tactum.*

Tertius Peritus. *Ac demùm Corpus erat tractabile, tactuique non valdè reſistebatur, ſed in muſculis intercoſtalibus, & in amborum fœmoribus manifeſtò molliciem, & blandum tactum tangenti offerebat.*

Quartus Peritus. *Sicuti affirmo intercoſtales muſculos etiam molles, vt ſi humatus eſſet poſt quatuor dies.*

Quintus Peritus. *Intercoſtales muſculi adeò naturalem ſeruant ſtatum, vt, ſi mox è vita Beatum Corpus diſceſſum fuerit.*

Sextus Peritus. *Oſſeruai le altre rimanenti parti del Glorioſo Corpo ſane, & incorrotte, veſtite di carne molle, e cedente al tatto, e ſpecialmente tutti i muſculi dell'abdome intercoſtatali, e dell'imo ventre.*

Lib. 8. de variet. cap. 40.

Confirmatur ex eo, quòd de oculorum ſtatu deponunt Teſtes; Teſtis enim XX. *Io toccai gli occhi di detto Beato, nelli quali oſſeruai, che il globo, che compone la viſta ſtaua pieno, benche couerto dalle palpebre.* Teſtis verò XXXXI. *E ſimilmente le palpebre chiuſe, ſotto le quali ſi ſcorgeua il bulbo dell' occhio, e cedeuano al tocco del mio deto.* Iam verò oculi, vt ex humoribus tribus conglobati, aqueo, vitreo, & chriſtallino omnium primi putreſcere, & corrumpi ſolent. Hinc Cardanus narrat de ſui Parentis Cadauere poſt viginti annos, in quo *ſolum labiorum caro, & Naſi fummitas, & oculi abſumpti erant.*

4. meteor. ſex. 4. In Enterp.

Sed omnium maximè miraculoſam imputreſcentiam mihi ſuadet Cerebri intrà cranium exiſtentia, quod in aliorum viſcerum exenteratione intactum fuit relictum, vt Periti vnanimitèr deponunt; pars nimirùm omnium noſtri Corporis humidiſſima, ac putredini obnoxia, quæ propterea omnium prima putreſcere debebat hinc Ariſtotcles. *Humida inquit, primò*, deindè ſicca fiunt putreſcentia. Hoc benè callentes Egyptij Teſte Herodoto, in condiendis Cadaueribus, ante omnia incuruo ferro cerebrum per nares educebant.

Audio ſolertiſſimam de more Animaduerſionem Reuerendiſſimi Fidei Promotoris, an fortè in os fuerit immiſſus liquor aliquis acutus, & efficax, qui ad cerebrum penetrans illud exiccare potuerit; cui tamen primò reſpondeo, ſi Corpus a putredine præſeruandi fuit Patribus intentio, faciliori negotio hoc fuiſſent aſſequuti caput etiam, vnà cum cæteris viſceribus, vt moris eſt, exenterando.

Præterea ſi liquor aliquis intra os fuiſſet intruſus, proculdubio per Eſophagi canale ſtatim in ventriculum deſcendiſſet; ſi quando enim liquorem aliquem ore detinere volumus, id nonniſi linguæ labiorum, & genarum muſculis agere poſſumus, quorum actio in Cadauere omninò feriatur.

Sed

Sed dato etiam, & non conceſſo, quòd aliqua liquoris ſpirituoſi euaporatio per oſſis Ethmoidis, & Meningis poroſitates ad Cerebrum penetraret, quomodò tàm paucus, & citò reſolubilis vapor magnam cerebri maſſam incinerabit? quomodò ad cerebellum in poſtica capitis parte ſituatum perueniet, inter quod, & vaporem tota cerebri magni moles intercedit?

Minus faceſſet negocium ſuſpicio ex goſſipij colore deſumpta; paruula enim illa tinctura, *che tirana al roſſo*, vt verbis vtar illius Teſtis, ſi ad corporis conſeruationem fuiſſet appoſita, vtique non in parte goſſipij dumtaxat, ſed in toto reperiri debuiſſet; præterea, ſi colorem ab Aromatibus, aut aliquo liquore Balſamico deſumpſiſſet, illius odorem procul dubio redoleret; aut ergò color ille erat anteà in goſſipio, aut, quod magis probabile, à ſanguinis aliquo reſiduo in cauo viſcerum fuit communicatus. Teſtatur hoc idem ſecundus Peritus ijs verbis. *Totum goſſipium album, ſiccum, omnique prorſus odore ſpoliatum, portione illa excepta, quæ carni auulſæ coſtæ ſubſternebatur, in qua rubrum neſcio dixerim ſanguineum colorem vidimus, ſed pars hæc quoque prorſus ſine odore.*

Ex dictis ſatis ſuperque probatam autumo in hoc Beati Corpore humidi corruptibilis, ſed incorrupti exiſtentiam, & hiperbolice nimis à ſecundo Perito aſſertam fuiſſe muſculorum omnium ſiccitatem, quo dicendi modo ſibimetipſi, alijſque Peritis omnibus contradicit.

At quoniam (vrgebit aliquis cum Ariſtotele) relinquere ſenſum propter rationes debilis eſt intellectus, fruſtraneæ ſunt rationes, vbi ſenſuum teſtimonio contrarium vincit experimentum. Innumera enim apud Autores leguntur exempla cadauerum, quæ ſine vlla Sanctitatis ſuſpicione poſt centenos etiam annos putrefactionem euaſere, & relictis omnibus illis, quæ per Balſama, & aromata potuerunt ex arte præſeruari, vt Adonizæ Serui Salomonis poſt duo millia annorum inuenti, Cleopatræ poſt quingentos annos, Pallantis Euandri filij Enrico Tertio Imperante, Tulliolæ Ciceronis filiæ in via Appia Sixto Quarto Pontifice, Bonifatij Octaui poſt tercentum annos Paulo Quinto Pontifice, & alijs huiuſmodi ſexcentum, quæ vel conſtat, vel probabile eſt balſamis fuiſſe condita, alia etiam ſuper ſunt exempla, quæ abſque vllo aromatum interuentu, vt Beatus noſter, integra, & imputria permanſerunt.

Tertullianus allegat Platonem in Politica referentem cuinſdam inſepulti cadauer longo tempore ſine vlla tabe ſeruatum, nullo adhibito artificiali præſidio. *Lib. de Anima. cap. 51.*

Aliud conſimile adinuentũ cuiuſdã militis armati narrat Pauſanias, qui antè annos 248. obierat. *Eliacor. lib. 5.*

In Templo Diuæ Mariæ Montis Virginis Monacorum Sancti Benedicti in Ciuitate Cauæ narrat Sanctorellus conſpici Cadauera ad multa annorum Sæcula incorrupta, prout etiam in Vrbis Chiouiæ templo affirmat Camerarius. Item Perſarum Cadauera incorrupta ad longum tempus nullo artis auxilio ſeruata tradit Rodiginus ex Ammiano Marcellino, & alia quamplurima apud Chormanum, Gaſparum Areles, & alios narrantur exempla. *Poſt prox. c. 27. De Mirac. mortuor. Eliſ. iucund. quæſt.*

Ma-

Magna ſanè difficultas, quam vt æquè lance expendamus aliquas opus eſt propoſitiones præmittere, quæ tamquàm faces obſcuræ veritati præfulgeant.

Prima propoſitio. Omnis homo poſt mortem ex Naturæ neceſſitate vergit primò in corruptionem ex puttedine, deindè in corruptionem ex ſiccitate, qua vltimâ ſuperueniente, ceſſant putredinis accidentia vermes, tabum, fetor, reſolutis partibus humidioribus, & pinguioribus. Hæc propoſitio non indiget probatione, ſi enim viuentes tàm ſæpè incidimus in morbos, ex putredine, quid mortuos ab ea nos defendet? corruptionem verò ſecundam ex marcore memorat quot annis Eccleſia, elnerem nos eſſe monens, & in cinerem reuerſuros.

Secunda propoſitio. Non eſt idem eſſe integrum, & eſſe incorruptum, illud enim Tulliolæ cadauer, quod integrum fuit inuentum, ſtatim ac eleuatum fuit, in cinerem cecidit, teſte Sueſſano, & in antro Siciliæ propè Drepanum; narrat Boccaccius. Cadauer humanum ingentis magnitudinis ævo ſuo repertum in ſede collocatum, ſiniſtra manu innixum baculo pregrandi, quod vna eum baculo tactu ſolo corruit in puluerem; adetat ergò integritas, & ſecunda corruptio.

Comment. Meteor. 4. c. vltimo. 4. degen. Deor. cap. 68.

Tertia Propoſitio. Quotieſcumque ergò naturalis putrefactio in cadauere non obſeruatur, neceſſe eſt adeſſe impedimentum, vel à cauſa ſupernaturali, vel ab alia cauſa naturali putrefactioni contraria.

Quarta propoſitio. In ſupra expoſitis exemplis non aderat Sanctitas Miraculum faciens, ergò impedimentum putrefactionis fuit à cauſa naturali. In Beati Iacobi Corpore nulla cauſa naturalis impedire potuit putrefactionem, ergò fuit Miraculum Sanctitatis.

Quæramus modò quænam in ſupradictis cadaueribus eſſe potuerint hæc naturalia impedimenta, vt poſtea demonſtremus in noſtro Beato non adfuiſſe.

Tria ſunt, vt ego aduerto, naturalia, & vniuerſalia putrefactionis impedimenta. Congelatio, Petrificatio, & Exiccatio, omnes enim illæ cauſæ particulares, quæ paſſim ab Authoribus numerantur, Fulmen, venenum, aromata, ſalia, ſulphur, calx, acetum fumus, ignis, frigus, aer, terræ genus, victus ratio, omnes, ſi rectè perpendamus, ad alterutram ex tribus à me aſſignatis reducuntur.

Congelando operatur frigus, aut niuis, aut aeris aquilonaris, quatenùs calidi tranſpirationem, ac fermentationem impedit, quæ diſſolutionis eſt origo.

Petrificando interdum venena, quo ſpectat Venetæ Mulieris Hiſtoria apud Alexandrum Taſſonum, quæ ex venenato pomo cum mortua eſſet, tota ità riguit vt in petram verſa videretur, nec potuerit vllo modo gladio, aut cultro venter eius incidi, petrificando etiam interdum aer, legimus enim apud Auentinum anno 1343. ex tertæ motu plures quam 50. Ruſticos Vaccas emulgentes, cum ipſis Vaceis extinctos diriguiſſe, & corpora in ſalinas, ac lapideas Statuas redacta fuiſſe. Sic narrat Or-

Lib. 9. quæſt. 2.

Lib. 7. annal. Bauarie.

Ortellius de Pecudum gregibus, & armentis illicò petrefactis, sic refert Camerarius de aurà meridionali certis anni temporibus stante in locis Montanis Prouinciæ Chilensis in Armenia, cuius afflatu Integræ Equitum turmæ in statuas lapideas subiro fuerint conuersæ, steterintque in via eo Aciei ordine, quo ante metaphorsim erant dispositæ. Petrificando agit etiam interdum Aqua, quæ in quorundam Montium cauernis destillans in stirias, & columnas conuertitur, vel in fontibus quæcunque injiciuntur, ligna, stirpes, animalia, crusta lapidea intra paucos dies obducit, teste Cardano, Rinerio, atque alijs quo spectat illud Ouidij

In descrip. Russiæ.

Denariæ t. lib. 10 cap. 51.

De calculo Renum.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus

Metamorphos. in fine.

Petrificando etiam Terræ quædam genera, vt de Cadauerum ossibus apud Pergamum narrat Aristoteles; & lacu Hiberniæ testatur Cardanus, in quem lignum defixum, qua parte limo obruitur In lapidem transit, quod tegitur aquis in ferrum.

De admir. auditu cap. 50.

De variet. lib. 1. cap. 7.

Exiccando putredinem arcent aromata, salia, fumus, ignis Boreas, acetum, calx, sulphur Terræ genus dictæ Sarcophagon, quæ 24. horarum spatio carnem consumit, & etiam fulmen testeZacchia, & Sanctorello. Exicando agit eriam interdum analoga victus ratio, nàm vt refert Cardanus, sub Amida Ciuitate quàm Persarum Rex Sapor oppugnauerat, animaduersum est, Romanos, cæterosque Europeos post quatriduum putrescere, taboque corrumpi, cùm contra Persæ siccatis corporibus, sine *tabe*, vt ligna durescerent, *vt iam* addit Cardanus, *Xenophonti credere possimus, qui panem, nasturtium, & aquam tibum dicat Persarum; aut salem nasturtij vice.*

Quæst. med. leg. lib. 4. tit. primo, quæst. 410.

Post prax cap. 42.

De variet. lib. 8. cap. 50.

Quænam ex dictis causis recensita cadauera à putredine præseruauerit non est nobis ocium indagare, cùm certo certiùs sciamus ex ijs alterutram fuisse, remanet solummodò perscrutandum an vlla ex ijs in nostri Beati corpore locum habeat an vero Miraculi vim fateri cogamur.

Nullam sanè suspicari possumus aut congelationem, aut petrificationem, vtramque enim articulorum flexibilitas, & musculorum mollities excludit; sola ergo remanet, quam sit opus expendere Exiccatio, hanc autèm non aromatum, sulphuris aut salium virtute potuit comparari, quia nullus condituræ apparatus per Indices Peritos, ac Testes fuit inuentus, non fulmine, non fumo, aut ignis violentia, nam nec de ijs vllus dubitauit, nec carnium mollities fuisset relicta; non terræ genus in qua fuit repositus, nàm præterquamquod quatuordecim dierum spatio publicæ deuotioni expositus extitit, & inhumatus, si terræ illius templi hæc virtus inesset, in alijs etiam Cadaueribus ibidem sepultis frequenter eluceſceret, quod fortasse de Montis Virginis alijsque vrbis Chiouiæ dubitare non erit inconueniens, vbi enim communis obseruatur effectus, communis perpetnò causa debet admitti.

Vnica remanet victus ratio, qua Beatus noster, & in vita, & in morte viam siccitatis prosequendo putredinem effugere potuerit, hanc tamen siccitatem non talem, ac tantam adesse quæ satis

tis fore videatur, ex cerebri oculorum, & carnium mollitie superiùs descripta Inculentèr ostenditur.

His accedit ingeniosum Domini huius causæ Aduocati dilemma, supponens enim cùm tota Philosophorum, ac Medicorum scola, quod incorruptio, & flexibilitas proueniant à principijs omninò contrarijs, illa siquidem à siccitate, hæc verò ab humiditate, aut, inquit, Beati Corpus ab omni est humiditate depauperatum, & aridum esse deberet non molle, & flexibile, aut est molle, & non incorruptum esse deberet quia humidum; quo sanè dilemmate Persarum supra recensita Cadauera nostri Beati Corpori non sunt comparanda, si enim illa ad instar ligni durescebant, vtique flexibilitatem retinere non poterant, præter quamqnod non vt Romanos, citò putescere de illis scriptum est, sed imputrida perpetuò conseruata fuisse non asseritur.

Quoniam verò circa flexibilitatem aliqua occurrere potest æquiuocatio, opere prætium est, vt aliqua de hac ex suis principijs subtilius inquiramus.

Dico igitur primò, quod duplex datur flexibilitas, alia quàm vocabimus mollem, ex rara, & laxa textura minimarum partium continuarum, alia verò organica, ex mecanica structura plurimarum partium contiguarum.

4. *Mescor. tex.* 14. Flexibilitas mollis, licèt laxam texturam ab humido sæpè recognoscat inxtà illud Aristotelis, quod molle, & durum ab humido, & sicco fiunt, non est tamèn quod etiam absque humido à solæ texturæ raritate fieri non possit, vt videmus in pannis laneis, bombace, ac vestibus, quæ citrà omnem humiditatem perpetuò flexibiles conspiciuntur: immò ampliùs addo, quod hæc humiditas non solum, vt diximus non est semper necessaria ad flexibilitatem inducendam, sed interdum etiam, porositates implendo atque obstruendo flexibilitatem impedit, & duritiem inducit; ità fidium cordæ si aeri humido exponantur, intumescunt, durescunt, & disrumpuntur, ità arena in littore maris vbi aqua tangitur, dura ac pedum vestigijs resistens euadit, ita paritèr cera mollis, & butirum, si aquæ infundantur duritiem acquirunt.

Flexibilitas organica, licet etiam ipsa ab aliqua humiditate possit interdum adiuuari, non illa tamèn absolutè indiget, statua enim lignea suis pernis concinnè articulata, absque vlla mollitie, aut humiditate flectitur vndequaque.

His præsuppositis dico, quod flexibilitas carnium in Corpore Animantium est flexibilitas mollis ex laxa minimarum partium continuarum textura, quàm laxitatem ab humido præcipuè nanciscitur, flexibilitas verò articulorum est flexibilitas organica, ex mechanica structura plurimarum partium contiguarum, concurrunt enim ad articulationem faciendam, duo ossa contigua, cartilago, ligamentum, & humor viscidus. Ex duobus ossibus alterum est cauum, in quod ingreditur alterum quod dicitur caput; cartilago intercedit, ne ossa attritu mutuo lædantur; ligamenti vsus est ossa illa disiuncta, instar funiculi colligare; humor viscidus qui à Riolano dicitur pituita, à Modernis Sinouia, & mucilago, ad faciliorem ossium motionem, tendinumque fibras lubricandas inseruit, sicut Curruum

&

& Plaustrorum axes pingui, ac viscido succo inungimus, quo facilior sit rotarum circumuolutio.

Explicato quid faciat flexibilitatem articulorum, remanet videndum quid in cadauere eorundem faciat inflexibilitatem. Portò aliquorum est opinio, tendines musculorum antagonistarum ità æqualitèr in cadauere obrigescere, vt vnius contractio, & alterius elongatio pro articulo flectendo necessaria impediatur, quæ sententia, & si diuturnitate temporis vera sit extimanda, non tamen accomodari poterit illi rigidati, quæ vix ferè extincto animali solet contingere, vndè Mortuos illicò vestire necesse est; Nerui enim vel decurtantur per intumescenriam, vel contrahuntur per exiccationem, vnde conuulsio apud Hippocratem, & Medicos, vel à plenitudine, vel ab inanitione: non quidem apud Mortuos ab intumescentia, nerui enim qui ante mortem conuulsione laborabant, post Morrem solent detumescere, & laxari; mulrò minùs à siccitate, quid enim momento fere temporis in corpore humoribus redundante neruos adeò potuit reficcare?

Rationi ergò, ac veritati magis congrua est aliorum doctrina existimantium celerem illam in cadauere obrigescentiam ab illa eadem sinouia, seù mucilagine prouenire, quæ sicut in Viuente articulos, ac tendines lubricabat, ita in Cadauere ob sui visciditatem statim ferè coagulata tendines, & articulos ranquam gluten adherere facit; exemplum in seuo habemus, & cera, quæ licet apud ignem fluida sint, statim ac ab igne remouentur concrescunt. *Iam verò quando mucilago coagulatur*, ait Clopron. Hauers. *ea inepta euadit ad mnscules, ac tendines lubricandos, aut ad eorum fibras humectandas, & adeò plicabiles, ac tensas, vt naturalitèr erant conservandas.* Hoc idem multo antea docuit Sanctorellus. *Fit rigiditas Mortuorum concreta humida aqueaque substantia per articulos dispersa*, & paulò infrà. *Indidit proindè Natura parti cuique, quæ motum aliquem obire debebat, aut pingnem substantiam, aut humidam aquosamque, ergo articuli omnes hac fuere donati &c. hæc quoniam à frigore concreseit, & frigus cadauer perpetuò comitatur, Defuncti ferè omnes rigidi euadunt.*

Osteolog. noua Diseurs. 4. cap. de Renmatismo. Post prax. cap. 9

Iam modò, si casus in Natnra dari posset, in quo talis hnmida substantia, aut omninò deficeret in articulis alicuius cadaueris, aut coagulari apta non esset, eo quod nimis tenuis, & aquosa vtique in hoc casu flexibilitas in cadauere absque miraculo permaneret; posse aurem dari, & affirmat Sanctorellus, & ratio suadet. *At potest facile accidere* (sunt eius verba) *vt quidam humidiori substantia scateant per carnes, artus, neruosque dispersa, terrestriori alij abundent, vnde hæc poterit à cadaueris frigi ditate concrescere, non autem illa, quare hi flecti naturaliter, obrigescere illi. Potest 3. contingere, vt nulla in artienlis contineatur humida substantia, vel quia ab immodicè vacuantibus est enncta, vel qnoniam à valida causa exiccante est exhausta, at nulla existente in artnnm canitate substantia, quæ à frigiditate superneniente concrescere possit, expediti illi sunt, & à quauis causa impediente liberi.*

Post prax. cap. 8

Validam cauſam exiccantem quis in noſtro Beato controuertere poterit vltimo ſenio, ieiunijs, ac pœnitentijs, vt ſupradiximus, penè conſumpto? Mirum ergò forcaſſe alicui non videtur flexibilitatem in eo ſeruatam fuiſſe. Mirum tamen immò miraculum citrà omnem hæſitantiam aſſerimus, ac ſubſtinemus ex ijs, quæ nuper explicauimus luculenter demonſtrandum, nam Sinoniæ defectus flexibilitatem eouſque poterit relinquere quouſque tendines muſculorum antagoniſtarum de quibus ſupra, præſiccitate fuerint contracti, quod ſanè 226. annorum interuallo, quis dubitat naturali neceſſitate futurum fuiſſe? ſupernaturalem ergo tendinum mollitiem ſequitur neceſſario celeberrimum, & vltra omnem Naturæ potentiam flexibilitatis Miraculum.

Ad Secundum aſſertum

MIRACVLVM

Perennitatis incorruptionis & flexibilitatis,

PAucis me expediam ab hoc 2. Miraculo, quod realiter adeſſe fatebimur, ſi memoria teneamus innegabilem illam propoſitionem ſuperius expoſitam, quod ſcilicèt omnis Homo poſt mortem, ex Naturæ neceſſitate vergit primò in corruptionem ex putredine, deinde in corruptionem ex ſiccitate: hactenus primi Miraculi exiſtentiam probauimus per ſupernaturalem à putredine præſeruationem, ſed præſeruatio à putredine non eſt præſeruatio à marcore, & incineratione, ad quam cuncta corpora ſublunaria, ſiue putrida, ſine imputria, tandem peruenire neceſſe habent, ne ipſis quidem lapidibus exceptis: cum itaque Beati Cadauer ex natura ordine intra 226. annorum ſpatium in cinerem conuerti debuiſſet, & eo celeriùs quo maiorem à ſenio, & pœnitentijs exiccationem nactus erat, vtique ab vltimo marcoris termino nempè incineratione præſeruatio ſecundum Miraculum eſt iudicandum.

Ad

Ad Tertium assertum MIRACVLVM

Odoris profluentis ex Corpore Beati.

NOn est mihi consilium Philosophicis quæstionibus de odoris natura, & generatione Sanctitatis Vestræ aures fatigare Beatissime Pater; satis enim superque puto omnibus innotescere, è Defuncti corpore non modò suauem odorem profluere impossibile esse, sed fetorem non multo post necessariò emanare debere, iuxtà illud Euangelij de Lazaro. *Quatriduanus iam fetet*. Quod si de Alexandri Macedonis cadauere scripserint nonnulli per septem dies insepultum suauem odorem perspirasse, fidem Grecis Historicis non multam habendam monet illud Iuuenalis carmen.

Et quidquid Græcia mendax. *Satir.* 10.
Audet in historia.

vt enim optimè notat Zacchias *Neque naturalis est odor qualiscumq; qui gratus quoquomodo esse possit, non modò Mortuorum cadaueribus, sed neque viuentibus corporibus quantumque perfecta sanitate, & eucrasia fruantur*. Iactet quantum velit Cardanus gratum cutis odorem è suo corpore frequenter manasse, id enim suæ temperiei potiùs quam suo Dæmoni vtut concedamus mors tamen cuius est omnia soluere, omnium primò temperiem soluit, & corrumpit. Odor ergo ille suauis, qui è Beati corpore inesplicabilis esplicatur omni procul dubio suprà Naturæ limites extollitur.

Quæst. med. leg. lib. 4. tit. prima quæst. 10.

De variet. lib. 8. cap. 43.

De vita propr.

Dubitandi anzam dedueit Reuerendissimus Promotor ex duplici obseruatione, quarum prima, quod anno 1609. nullus per Peritos olfacientes fuit odor sentitus, nec in processu nouissimo testes esse concordes in dicti odoris sensatione alijs quidem vno tempore sentientibus, alijs verò alio, nec odorem esse perpetuum; Altera est odorem potuisse abscondi inter capsulam marmoream, & ligneam, eo quod huius vltimæ clauem apud se teneat modernus Sacrista.

His difficultatibus vnica tantum responsione me satisfacturum spero, asserendo, eam testium discordiam ac temporis diuersitatem, tantum abesse, vt Miraculo aduersetur, quinimò esse potissimam Miraculi probationem, si enim odor Beato Corpori fuisset appositus, vtique ab omnibus eodem tempore, & absque interpolatione fuisset sentitus; nam, vt est Philosophis axioma. *Idem vt idem semper facit idem*. Et modernus ille Sacrista si inter vnam capsulam, & alteram impostaram facere voluisset non odoris vicissitudinem, sed perpetuitatem molitus esset, iuuat ergò magis credere consuetum probatæ Sanctitatis Miraculum, quam insuetam, & improbabilem Religiosi Sacristæ malitiam.

Ad Quartum assertum

MIRACVLVM

Liberationis Ciuitatis Neapoli ab incendio Vesuuij.

DEscriptio huius incendij de anno 1631. & pitamidis ignem euomentis prout habetur in Summario per Testes, eadem fetè videtur esse atque illa, quæ legitur apud Plinium Iuniorem
Lib. 6. Epist. 16. in Epistola ad Tacitum, vbi narrat Plinij Senioris Patrui curiositatem, & mortem; eius tamen cessatio ad præsentiam Corporis B. Iacobi, & Piramidis retrogradatio an fuerit miraculosa, etsi meæ erga Beatum Fidei, ac deuotioni abundè sit persuasum, poterit forsan in Philosophiæ tribunali non ad euidentiam constare; vt enim optimè animaduertit Reuerendissimus Fidei Promotor, poterat ventus eleuari contrarius, qui Piramidem igneam ab incepto versus Neapolim itinere diuerteret, & in Mare, præcipitem conuerteret.

Nec obstaret septimi Testis depositio. *E non hò memoria, che nel*
Summ. num. 11. *tempo che si gettò à Mare detta Piramide &c. hauessero soffiati venti*, nam præterquamquod loquitur dubitatiuè potiùs, quam assertiuè, adhuc tamen aduertere oportet id quod ex Aristotele notat Cardanus ventos quandoque à superiori parte moueri ad inferiores, & antequam ad terram perueniant, & à nobis sentiantur, motiones facere posse super aerem; quod & olim ego non sine admiratione obseruaui, videns Caminorum pinnas omnes ad Boream versas nubes verò moueri versus Austrum. *Mouetur autem* (sunt verba Cardani) *a superiori parte*
De Variet. lib. primo cap. 1. *in inferiorem plerumque, indicioque est pinnas, quæ in summitatibus Turrium versatiles sunt, tum etiam nubes ipsas ante status ventorum hìc iuxta terram moueri.* Et infrà eodem capite. *Originem ventorum difficillimum est sentire; tùm quià ab initio sit exiguus; tum quia feratur è sublimi per transuersum vt dictum est.*

Cęcam tamen, & ignaram Philosophiam, Theologiæ lumini illustrandam subijcio, quæ fortè instantaneam venti contrarij elevationem, necnon etiam nubis, aut stellæ lucidæ apparitionem ad Beati inuocationem eiusque brachij nutum considerans, vt optimè aduertit D. Causæ Aduocatus, titubanti Philosophiæ Miraculum suadebit.

Ad Quintum, & Sextum aſſertum MIRACVLVM Liberationis Nicolai Gambacurtæ à cæcitate.

SI expoſita cæcitas ad guttæ ſerenæ ſpeciem eſſet referenda, vt aſſeritur ab Antonio Robuſtello Chirurgo, eius repentina ſanatio, ac renouatio non tantum admirationis mihi peperiſſet, cum enim Gutta ſerena, vt optimè etiam aduertit Dominus cauſæ Patronus, nil aliud ſit quam interceptio ſpirituum animalium per neruos opticos ad oculos deſcendentium, ſi talis interceptio fiat ab humoribus intra neruos illabentibus, vtique incurabilis cenſetur, ſi verò ab humoribus in anteriori cerebri parte collectis, & neruos ab extra comprimentibus, facilè immò etiam repente ſanationem ſuſcipere poteſt; Refert enim Fabritius Hildanus, Virum quemdam ex aſſumpto vomitorio vehementi viſum amiſiſſe, eumque eiuſdem medicamenti beneficio recuperaſſe, nam ſicut humores nimiùm agitati, & verſus nernos opticos propulſi illos comprimebant, ijſdem poſtea eodem medicamento vacuatis, morbus ſolutus eſt, conſimilis ferè hiſtoria narratur à Sennerto de quodam Studioſo ac vehementi medicamento de repente obcæcato, ibidemque etiam teſtatur fœminas quaſdam vtero gerentes, ex neruorum opticorum anguſtia obcæcatas fuiſſe, & poſt quatuor aut quinque menſes, vel tempore partus viſum recuperaſſe, & memini ego Puerperam me curaſſe, quæ poſt parrum per octo vel decem dies viſum penè amiſerat, fluctibus tandem lochijs ſanata fuit. At enim verò expoſitam in Summario Chirurgi narrationem ſedulò conſiderans inuenire neſcio quomodo præfata cæcitas Guttæ ſerenæ nomen mereatur; vt enim vltra experientiam teſtatur Sennertus ibidem. *Cognoſcitur hoc malum, quod oculi planè Clari appareant, nihilque vitij in ijs animaduertitur, niſi quod pupilla nigrior, & amplior apparet*, Quod ijſdem ferè verbis teſtatur Riuerius. At Chirurgi depoſitio loquitur de panniculo in ambobus oculis. *Eſſendo da me applicati più rimedij &c. nelle tuniche de gl'occhi per leuare il pannicolo in tutti due gli occhi*. Erat ergo vitium viſibile in tunicis, non in neruis opticis, quod eſt inuiſibile. Item paulò infrà. *Anzi ſi accreſceua di giorno in giorno detta infermità, che affatto non ſi oſſeruaua ne tunica vitrea, ne criſtallina in detti occhi, anzi ſi oſſeruaua vna, che faceua tutta vna figura in ciaſcheduno de gli occhi &c. & io ſtimai, che ſi poteſſe chiamare detto male Cataratte, e ſpecie di gotte ſerene*. Ex quo, ſicut de Cataracta, non dubito, ità de gutta ſerena gratis mihi dictum videtur.

Centur. 5. obſeru. 19.

De morb. cap. par. 3. cap. 37.

Summ. num. 3.

Hac

Hac igitur exclusâ addo, vltra cataractam; alium etiam in ijſdem oculis morbum me ſuſpicari, tum ex illo gummi, de quo ſupra, tùm ex carnis illa excreſcentiâ in oculis reſiduâ poſt viſum recuperatum, quam Empiricus ille Santillus animosè nimis tollere ſtudens, cæcitatem quam ſanare non potuit, iterum renouauit. Suſpicor itaque ex dictis, vltra ſuffuſionem, ſiue cataractam adfuiſſe etiam Prerigium, ſiue vnguem oculorum, de qua ita Riuerius. *Vnguis oculis eſt membranula dura, & neruoſa, quæ ex angulo oculi maiori prodiens album oculi primum contigerit, mox & ſucceſſu temporis ad nigrum oſtenditur, & pupillam tegendam viſionem impedit.* Qui ſanè morbi, vtut aliqualis curationis quandoque ſint capaces, ſuffuſio nempè acu chirurgica pannum deprimente, & Pterigium per acria, & corroſiua medicamenta, aut per manualem ſectionem, hæc vltima tamen, nonniſi longiſſimo tempore, illa nonniſi per acum curationem recepit, nec ſtatim ad lucem progredi poteſt.

Prax. lib. 2. cap. 18.

Colligo, & concludo ex dictis, quod non duo, ſed tria Miraculi in oculis Gambacurtæ ſunt numeranda. Viſus nempè recuperatio, eiuſdem nona deperditio, ac tandem vltima, & permanens reſtitutio.

AD VI. aff. MIRACVLVM

Sanationis inſtantaneæ Ignatij Auelloni à Tumore in Brachio dextero.

MIror equidèm vnà cum Reuerendiſſimo D. Fidei Promotore huius Tumoris ideam tàm ſicco pede calcaſſe Pellegrinum Cgirurgum, euidens argumentum eius titubantiæ, atque incertitudinis in verà Morbi diagnoſi firmanda. Putauit primò futurum fore Apoſtema, poſtmodùm negauit, brachijque ſectionem propoſuit, neſcio qua ratione, ſed quo periculo non ignoro. Quantum ego conijcere poſſum à Teſtium depoſitione erat neruorum in ea parte contractio, ſiuè conuulſio, & quia nerui ad inſtar retis cum venis, & Arterijs intexuntur, ea propter ad illorum contractionem Venas, & Arterias ſtrangulari neceſſe eſt; Vndè impedito ſanguinis circulo, intumeſcentia neceſſariò ſubſequitur.

Morbum illum fuiſſe incurabilem, non ità certò pronunciarem, nec fruſtranea medicaminum applicatio ſatis id mihi ſuadet, cum applicita medicamenta fuerint fortaſsè pro maturatione ſperati Apoſtematis, non pro ſolutione Conuulſionis. Quidquid tamen ſit, Inſtantanea illa neruorum ſolutio, & doloris ceſſatio ad Beati inuocationem dubitandi locum mihi non relinquit de Miraculi exiſtentia, licèt autèm Tumor ille per quatuor, aut quinque dies remanſerit attamen inſtantaneitati ſanationis nihil detrahit, ſufficit enim ad effectum Miraculi, quod in inſtanti ceſſauerit malitia Morbi, & periculum, licèt reliqua accidentia paulatim remiſerint, & conſumpta fuerint, vt optimè probatum fuit in terminis valdè indiuidualibus à D. Aduocato in reſponſione ſuper hoc Miraculo; Facto enim Miraculo inſtantaneę ſolutionis neruorum, redit naturaliter, ſed paulatim in ea parte ſanguinis circulatio, & humores in ſpatia carnium remorati à proximis vaſis iam liberis ex naturæ lege ſenſim reaſſumuntur; Vndè paulatim, ſed breui tumor euaneſcit.

AD VII. aſſ. MIRACVLVM

Sanationis ab Epilepſia Liborij Auelloni.

INcuratam potiùs, quam incurabilem, huius Pueri Epilepſiam dicerem, pace, ac venia Medicorum id aſſerentium; Erat enim Puer annorum 15., ad quem Hippocratis Aphoriſmus ſpectabat. *Epilepſia, quibus ante pubertatem fiunt, mutationem accipiunt, quibus autèm vigeſimo quinto anno fiunt his magna ex parte commorinntur.*

Aphor. 7. ſect. 5

Nec tamen hoc ſemper fit (addit Valleſius in Commentario) *Sed magna ex parte, nam quadam Epilepſia ſunt, qua in Iuuentute accedentes, inclinante atate, ſedari poſſnut, vtque Picrocolis ex bile, conſentiente cerebro cum ventriculo fit.*

Hoc idem teſtatur Rinerius. *Licet autem poſt vigeſimum quintum annum incurabilis dicatur Epilepſia ab Hippocrate, hoc tamen non eſt perpetua veritatis, multos enim atate prouectos ab hoc morbo liberatos fuiſſe pluribus obſeruationibus relatum eſt, quamuis tamen hoc raro contingat.*

Prax. Medic. cap. de Epilepſ.

Fœlices huiuſmodi Curationum Hiſtoriæ paſſim leguntur apud Quercetanum, Rnlandum, Ioannem Fabrum Schenchium, Foreſtum, Zacutum, alioſuè quamplurimos, & nos etiam bona fide teſtari poſſumus eumdem morbum non ſemel curaſſe.

Cùm igiiur talis morbus nec ratione ſui, nec ratione ſubiecti, vtpotè Pueri infrà annum 25. conſtituti vocari mereatur incurabilis, dubitare meritò poſſemus diuturna, ac recta medicamentorum exhibitione, tandem ad ſalutis Portum peruenisſe per B. Iacobi interceſſionem naturales cauſas adiuuantis ex Gratia, non ex Miraculo.

At enim verò hactenus dicta Miraculi vim excludere non mihi ſuadent; Morbi enim magni, præſertim Chronici, non poſſunt ex naturæ ordine repente, ac totaliter ceſſare, niſi aut per Criſim naturalem, vt ſæpe fit in morbis acutis, aut per vehemens Pharmacum humores noxios quaqua verſus euacuans, quod & in acutis, & in Chronicis non rarò contingit. Cùm itaque apud Liborium nulla penitùs Criſis immediatè ante ſanationem apparuerit, nullum vehemens pharmacum interceſſerit, non alia ex naturæ vi ad ſalutem via remanebat, quam per coctionem, & fermenti Epileptici Ineinerationem, quas vtique naturales operationes, cùm nonniſi in tempore, & per gradus fieri poſſint, neceſsè erat Liborij Symptomata graduatim alleuiari, & ad menſuram progredientis coctionis Epilepticos inſultus, qui vicies in die, vt Teſtes deponunt, inuadebant; primum ad decies, deindè ad quinquies paulatim diminui, indè per dies, & hebdomadas feriari, donec tandem omninò euaneſcerent. Conſtat ergò Miraculi euidentia in repentina, totali, & nunquàm redituti morbi ſanatione.

AD

AD IX. aff. MIRACVLVM

Inſtantaneæ Sanationis Victoriæ Sannellę ab Ariditate, attractione, & Stupiditate Brachij ſiniſtri, & manus.

MOrbus, quo laborauit Victoria, fuit perfecta Paralyſis cum priuatione ſenſus, & motus, & quod magis eſt cum eiuſdem partis conuulſione, cum enim proprium Symptoma vulgaris Paralyſis à pituita, & frigidis hamoribus oriundæ ſit neruorum reſolutio, ſeù relaxatio, quandocumque contrarium illi Symptoma accedit, uempè conuulſio à contraria cauſa calidis nimirum, arquè acribus humoribus ortum ducere nou eſt dubitandum, ea propter contrariam exigens curationem à purgantibus medicamentis, decoctis calidis, & exſiccantibus, tùm ſudorificis valdè exaſperatur, ſolis è çontra humectantibus, & refrigerantibus, & præſertim balneis leuamen recipit; Atquè huius non ità frequentis Paralyſis, exempla, & curatioues legere eſt apud Alexandrum Trallianum, Paulum Eginetam, & Foreſtum. *Trall. lib. 1. c. 6. Egin. lib. 3. c. 28. & 43. Foreſt. lib. 10. Obſerv. 97.*

Nec alicui impoſturam faciat frigus illud, quod in Brachio paſſa eſt dicta Victoria in prima morbi inuaſione. *Mi calò vna goccia nel braccio ſiniſtro, che tutto mi ſi raffredò à ſegno, che pareua vn giaccio.* Non inquam ex tali frigore, cum vulgò Hallucinetur, vt frigidam credat ægritudinem, notum enim eſt, optimis Philoſophis, ac Medicis tales congelationes, ac rigores frequentiſſimè fieri à Salibus Nitroſis, & Armouiacalibus, ſiuè vrinoſis, qui ſicut extrà Corpus cum aqua permixti etiam propè ignem in glaciem illam conuertunt; Mixti verò cum ſulphure ignem accendunt, ità intrà corpus animatum cum Sero, ac Lympha diſſoluti, gelidam faciunt intemperiem, cum bilis ſulphure febres accendunt.

Huiuſmodi ſalium, nitro ſulphureorum, & armoniacalium exiſtentiam apud Victoriam apertè demonſtrauit ſudor ille fætidus è Brachio diſluens in actu ſanationis, abſquè eo, quod ad ſpiritum malignum confugere ſit neceſſe; peſſimus enim Demon apud mulieres eſt vrerus cum ſua maligna fermenta ſanguini, & viſceribus commuuicat, ita ut non rarò Energumenæ à vulgò credantur.

Paralyſis perfecta difficillimè ſemper curationis, & adhuc magis cum conuulſione couiuncta, cum ſex menſium ſpatio nullum habuerit ſubleuamen incurabilem eam pæuitùs euaſiſſe non dubito; Vel enim à Medicis fuit rectè coguita, & curata, & nulla ampliùs in medicamentis ſpes remanebat, vel fuit malè cognita, & curata, & ipſa contraria medicamenta magis incurabilem reddiderunt.

Sentio Teſtium diſcordiam, & ipſius præſertim Victoriæ cum ſe-

 met-

metipſa : Tùm de primatu, aut inuaſionis morbi, aut deriſionis, & malæ Fidei apud Beatum, tùm etiam de eiuſdem Victoriæ ætate inter decimum octauum, & vigeſimumquintum annum. Quidquid tamen ſit de huiuſmodi diſcrepantijs ſatis mihi eſt omnes vnanimitèr eſſe concordes in morbi ſpecie, & contumacia, & in eiuſdem inſtantaneà ſanatione, quæ vtique Miraculi euidentia ſatis ſuperque firmatur.

Condonanda tamen puto Mulieri duo conſueta, & connaturalia mendacia, alterum ex verecundia, qua puduit culpam confiteri; alterum ex vanitate, qua ſtuduit annos diminuere.

Ad X. aſſertum MIRACVLVM Sanationis Luciæ Tramæ à ſimili Morbo.

COnſimili Morbo conſimile competit Iudicium, in vtroque enim adfuit Paraliſis cum conuulſione coniuncta, ſed in caſu præſenti in terminis adhuc fortioribus, quanto enim morbus fuerit diuturnior, tanto altiores egit radices, & humana arte inexpugnabiles. At Victoriæ Paraliſis erat ſex menſium, Luciæ verò præſentis ſex annorum, ex quo videtur Beatus noſter ſecundo hoc Miraculo primi veritatem confirmare voluiſſe, nam ſi aliquis in ſanatione Victoriæ ab illo fætido ſudore maligni ſpiritus inuaſionem cum Rmo Fidei Promotore ſuſpicaretur, in ſanatione Luciæ abſque vllo ſudore, aliaue ſenſibili euacuatione naturalem morbum, & Miraculi vim abſque vlla hæſitantia fateri cogatur.

Ad XI:, & XII. aſſ. Miraculum Sanationis Hieronymi Franciſci Barbarini à natiua Pedum inuerſione, & Angyna.

DE Angyna primo loco verba faciemus, vt pote quæ licet vltimò ſuperueniens, primò tamen fuit ſanata Angyna à verbo Ango nomen deſumens, quod ſignificat ſtringere, ſiuè anguſtiare, eſt inflammatio muſculorum Gutturis, & eorumdem intumeſcentia ſtrangulationem faciens.

Quia tamen in Gutture duo ſunt canales eſophagus nempè per quem deſcendit cibus in ſtomachum, & Larinx, ſiuè Trachea per quam aer inſpiratus fertur in Pulmones, ſi in muſculis eſophagi ſit inflammatio, difficultas ſit deglutiendi, ſi in muſculis Laringis reſpirationis impedimentum, ſi in vtriſque, vtraque difficultas, vt in caſu noſtro, in quo Puerulus hic maximum deglutiendi, ac reſpirandi patiebatur impedimentum.

Solent huiuſmodi inflammationes frequenter in abſceſſum, ſiuè Apoſtema degenerare, quod maximum ſtrangularionis periculum inducit, donec natura, vel arte diſrupatur, & purulentæ materiæ faciat effuſionem: Tali abſceſſu laboraſſe Puerulum, eumque tandem fuiſſe diſruptum exitus demonſtrauit per ſanguinis, & puris effuſionem ex ore, & naribus.

In hac curatione nulla videtur miraculi neceſſitas, aut euidentia, ſi enim Apoſtematis ruptura diebus antecedentibus arte tentaſſet Medicus curans (quam ſanè tentaſſe non apparet in Summario) fortaſſe non ad duodecimum diem, & extremam perniciem æger peruenisſet. Fecit tamen natura, quod ars, aut non potuit, aùt neglexit, ex qua ſpontanea Apoſtematis ruptura ſubitum fieri tranſitum ab extremo periculo ad certam ſalutis ſpem quotidie in praxi obſeruamus.

Re tamen attentius conſiderata euidens, vt puto Miraculum in hac ſanatione inueniemus. Primo quia ægrotans Puerulus ſenſibus, & viribus deſtitutus, & inediâ quatuor dierum conſumptus, vt Medicus teſtatur ad vocem Religioſi Sacerdotis Biretum Beati applicantis, ſtatim loquutus eſt, & ſponte abſque auxilio ſurgens ſedit in lecto, aquam bibit, & cibum ſumpſit, *vt in Summ. per Teſtes de viſu concordes.*

Sed multo magis, quia talis repentina mutatio accidit antequam Apoſtema fuerit diſruptum, & purulentam materiam ejecerit, quæ nonniſi poſt tres dies apparuit, proùt, *in Summ.* = *e doppo trè giorni di sì notabil miglioramento il detto figliolo buttò vna gran quantità di ſangue, e marcia per bocca, e per il naſo* = Peto nunc, aùt prima illa die, qua Puer ſurrexit, loquens, & cibum ſumens, tumor gutturis, & Apoſtema adhuc aderat, an verò retroceſſerat? Si aderat, Miraculum euidens eſt, vt tumor ille, qui modo deglutionem, loquelam, reſpirationem, & ſenſus omnes impe-

impediebat ad Beati inuocationem iam nihil impediat, ſi retro-ceſſerat miraculum pariter eſt, vt ægrotans reſurgere incipe-ret, quando in deterius ruere debebat, vt enim Hipprocratis eſt doctrina. *Si verò diſſipentur* (Anginæ) *neque Tuberculo foras conuerſo, ac collecto, neque Pure lenitèr, ac ſine dolore excreato, neque in diebus iudicatorijs pernicioſæ ſunt*; Item paulo infra: *Anginoſi in linguis Tumores citra ſigna diſparentes pernicioſi, & dolores diſparentes citrà manifeſtam cauſam pernicioſi ſunt.* Iam verò cõualeſcere cepit ægrotans nullo tumore foras in ceruicem conuerſo, nullo adhuc pure excreato, nec dies duodecima erat iudicatoria, nec aliud ſignum aut cauſa manifeſta poterat aſſi-gnari, ergò eorum miraculo tribuendum.

Nec ſine altrà Dei Prouidentià factum fuiſſe puto, vt Apoſtema per tres adhuc dies rumpi tardarer, ne ſcilicet vlla remaneret ſuſ-picio naturalem fuiſſe ſanationem per Apoſtematis rupturam, & materiæ peccantis remotionem.

Non ita tamen animosè de pedum contorſione eodem ferè tempo-re ſanatà miraculum audeo pronunciare, nam præter quamquod mouet me Rmi Fidei Promotoris animaduerſio, ex Cardinalis Laureæ doctrinà non eſſe tribuendum miraculum Beato, cuius per hoc morbo non adfuit iuuocatio, vrget adhuc inſtantaneita-tis defectus, ac tarda per plures menſes recuperatio, vt ex Patris ipſius depoſitione = *Mio figlio cominciò ancora à migliorare no-tabilmente nelli ſuoi Piedi ſtorti caminando da tempo in tempo pian piano ſempre meglio, e più dritto à ſegno, che paſſato qualche meſe li detti piedi &c. ſi addrizzarono dall' intutto.*

Talis ergò pedum tortuoſitas cum non ex oſſium prauà collatio-ne procederet, ſed ex ſolà neruorum, ac muſculorum conuul-ſione, non improbabile eſt, ex prægreſſa febre acuta humores ijs impactos fuiſſe attenuatos, & conuulſionem paulatim rela-xatam, vt enim, docenre Hippocrate in Coacis conuulſio febris finem affert, translato fermento febrili ad neruos, & muſculorum fibras, ita econtrà docuit idem Hippocrates in Aphoriſmis, *ſi ei, qui à conuulſione, aut diſtentione tenetur febris ſuperuenit, morbum ſoluit.* Liquatà nimirum à febrili calore, & fermẽta-tione materià muſculos contrahente, & per venas proximas par-tim reaſſumptà, partim etiam tranſpiratà. Mirabilis ergò Deus non modo in Sanctis ſuis, ſed etiam in naturà, in qua veluti lu-dens, vt in Orbe Terrarum morbum morbo ſoluere non rarò conſueuit.

Iacobus Sinibaldus Medicus Collegia-tus, & publicus Medicinæ Lector.

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Neapolitana
CANONIZATIONIS
B. IACOBI
DE MARCHIA
Ordinis Minorum Obſeruantiæ
Sancti Franciſci.

VOTVM PRO VERITATE

Super Quinto, Sexto, & Nono Miraculo

Illuſtriſſimi Domini

IOANNIS MARIÆ LANCISI

Medici à Secretis

SANCTISS. D. NOSTRI PAPÆ

CLEMENTIS XI.

Beatiſsime Pater.

N iudicio ferendo de rebus, quæ ab humana pendent fide; cuiuſmodi ſunt noſtris Temporibus aſſertæ Miraculoſæ Sanationes, vt Cordis leuitatem nimia probat credulitas, ità ſuperbam, ne dixerim, impiam fatuitatem ſtudium teſtatur illorum, qui omnes pro falſis, fictisque proſcribunt.

Quoniàm verò inter Sanationes, quæ tanquàm à Deo patratæ per interceſſionem Beati Iacobi de Marchia *in Summario proponuntur*, tres præ cœteris nunc iubeor examinare, quarum duæ ſupponunt Cœcum è veſtigio bis illuminatum. Poſtrema verò Puellam ad brachij vſum ſubitò reuocatam, neceſſarium ducimus in ſingulas tantò diligentiùs inquirere, quantò magis fictorum ſtudioſè apud Gentiles Miraculorum exempla nos admonent, ne, apparentibus dumtaxàt illuſi, trahamur ad fidem. Celebris profectò, eaque à re, de qua agimus, non admodùm abludens, eſt illa duorum conſtructio Miraculorum, quæ

à Veſpaſiano in Egypto patrata deſcribit *Cornelius Tacitus lib. 4. Hiſtor. circa finem*; Narrat enim ſtatim Cœco reluxiſſe diem, & manco manum ad officia redijſſe; & quamquàm Hiſtoricus à facto remotiſſimus, vicinioribus tamèn inſtructior, & in credendo ſtudet videri confirmatior. Eo vſque humana mens multiplici, quandoque morborum generi eſt obnoxia vt, quemadmodùm glorioſum Principibus adulari, ità pium credat pro religione mentiri.

Qua de re, facta hypotheſi, quod in eo, quod exhibetur, conſtruendo Proceſſu, ſubtilitèr inquiſitum ſit, ità vt conſtet de vitæ probitate deponentium, & de integritate, validitate, & cohærentia depoſitionum (quod ſanè onus non Medici, ſed Iuris Conſultorum, ſimulque Theologorum erit,) incipiemus à Quinto, & Sexto ex aſſertis Miraculis, in quibus exhibetur ſanatio reiterata Nicolai Gambacurtæ à cęcitate, in quorum equidèm rigidò examine, quemadmodùm ipſe arbitror cæcitatis cauſam minoris momenti, quam Domini ſcribentes pro Canonizatione cenſuerint, ità ſanationem ſuo in modo Miraculoſam elucere cum ijſdem Poſtulatoribus affirmamus.

Vt igitur Conſilium noſtrum coràm Deo, & Hominibus, perindè quaſi ad veritatem detegendam vnicè collimans, apparere, & ab vtroque prædictorum errorum ſcopulo pro virili poſſit declinare, opportunum cenſemus tria hìc dubia ſoluenda proponere.

Quæremus in primò, an ſuppoſita Cæcitas vera, integra, & abſoluta fuerit, an ficta, vel ſolummodò diminuta?

In Secundo cui nàm Cauſæ generi huiuſmodi Cæcitas curabili ne, an incurabili accepta referri debeat?

In Tertio an eiuſdem ſanatio verè Miraculo, eique geminato, & cui nàm Miraculorum claſſi adſcribenda veniat?

Quantùm ad primùm attinet, non dubitamus, quìn Cæcitas iſta vera, & vel abſolutè, vel ferè talis dici potuerit. Quod autèm vera extiterit, non ſolùm probatur ex omnium conſenſu Teſtium, ſed etiam validiſſima ex contrario ſenſu deriuata ratione. Ea enim Cæcitas fingi poteſt, quæ nullum, aut leue in Oculis viſibile malum præſefert. Sed Oculi Gambacurtæ eo mali genere grauabantur, quod erat viſibile, & quod neceſſario ex ſui natura viſus hebitudinem, & Cæcitatem importat, vt ex inferiùs dicendis patebit. Igitur Gambacurtæ Cæcitas non fuit efficta, ſed vera, realis, & ex natura morbi, quo detentus fuit neceſſariò reſultans. Illud vtique, me Iudice, non eſt adeò certum, hanc Cæcitatem integram, atque adeò abſolutam fuiſſe, vt Gambacurta, nec lucem à tenebris, nec ſaltèm vmbratiles illuminatorum obiectorum ſpecies diſtingueret. Etenìm, cùm conſtet *in Summario* Gambacurtam loca luminoſa intueri non potuiſſe, vt fatetur Petrus de Matthæis Teſtis 23. *Summario Num.* 3. *pagina* 146. ibi = *E trouai Nicola, che non potea guardare i luoghi luminoſi.* = Tunc procùl dubio non erat integrè Cœcus, cùm qui talis eſt, vel ipſum contra Solem impunè poſſit conſiſtere; Et tamèn per id temporis Æger iſte verſabatur in vigore ſui morbi, quia Petrus de Matthæis fuit non primus, aut ſecundus, ſed tertius, & poſtremus ex Peritis ad curationem acceſſitus, vt clarè deducitur, tùm ex depoſitione Vxoris Gambacurtæ, *quæ in Summario Num.* 1. §. 44. aſſerit primum ex Peritis fuiſſe Robuſtellium, ſecundum verò Santillum Sica; tùm etiam ex alia depoſitione Quinti Teſtis de viſu *in Summario Num.* 1. §. 33., qui fatetur Petrum de Matthæis Tertium ex Peritis fuiſſe. Hic igitur Æger,

ſi poſt

ſi poſt tot vigilias, irritationes, ac dolores paſſos, tàm ex prauitate morbi, quàm ex malè adhibitis per duos priores Peritos remedijs, adhùc tamèn lucem à tenebris diſtinguebat, certè omninò Cœcus in via naturæ dici non poterat. Et quamquam probabile fuerit, quod progreſſu temporis, aucto, & firmato magis in Oculis malo, quin imò ſuperaddita etiam difficili palpebrarum diductione, probabile inquam fuerit, quod impedimenta viſionis, eouſque creuerint, vt Gambacurtam omninò Cœcum reddiderint, hoc ſanè in præſenti non dubitarem aſſerere, niſi aliqualem hæſitandi anſam mihi præberet candida ipſius met Patientis depoſitio *in Summario Num.*1. §.11., vbi deſcripturus modum, quo ſua miraculoſa contigit Sanatio, fatetur ſe ſuprà Beati Iacobi Altare genuflexum, ſupplicemque ſtetiſſe, ibique (nulla facta mentione, quod aliquis opem ſibi tuliſſet,) narrat ſe proprijs manibus ſumpſiſſe Crucem, & non potiùs aliquod ex Candelabris, eo loci veriſimilitèr poſitum, quàm ſanè operationem abſque vmbratili ſaltèm Oculorum vſu nimis ægrè, ac ſolo caſu, proindeque non tàm promptè facere potuiſſet, verba ſunt = *Et eſſendomi poſto in ginochioni ſopra il medemo Altare, preſa per le mani vna Croce, che iui ſtaua pregai &c.*. = Huius tamèn Equiorem rei determinationem, iuſtumque iudicium libentèr Eminentiſſimis PP., Illuſtriſſimis Conſultoribus remitto. Illud ſolummodò ratus, quod quæcumque iſta fuerit manca, vel integra Cæcitas, ſemper tamèn veri Miraculi baſis eſſe potuit, vt infrà clariùs oſtendemus.

Quod verò ſpectat ad ſecundi dubij ſolutionem ſcilicèt cuinam cauſæ generi huiuſmodi Cæcitas curabili, ne an incurabili accepta referri debeat. Aduertendum in limine proponimus, quod Cæcitas modò à maximis, & inuincibilibus Cauſis, modò à curatu difficilimis, modò denique à minimis etiam produci poteſt, videndum itaque hìc à quanam ex ijs deſcripta pependerit. Etenìm iuxtà variam illarum probatam exiſtentiam, diuerſus quoquè exiſtimandus erit miraculoſus, (ſi ipſe interfuerit) Sanationis gradus.

Porrò iſtius Cæcitatis cauſa non fuit inuincibilis, quia hæc Hominibus vel connaſcitur, vel ſuperuenit ob defectum, aut diſcontinuationem in partibus Oculorum viſioni omninò neceſſarijs, quæ quidem mala hìc adfuiſſe nulla ratio nos edocet. Quinimò membranas, quamquam à prauis ſuccis infarctas, integras tamèn cum internis humoribus ſeruatas fuiſſe nullus eorum, qui ad examen vocati ſunt Teſtes, videtur ambigere. Externa vtique, & ſolummodò intrà membranas, quantùm à ſignis per Summarium diſperſis colligere potui decernenda eſſe videtur iſtius Cæcitatis cauſa, eaque in graui conſiſtens Ophthalmia cum ſupernato panno, ſeù albugine, quæ quidem Ophthalmia maior adhùc, & contumacior reddita fuit ob imperitiam illorum, qui manum curationi admouerunt, atque id circo ſuſpicamus hanc fuiſſe Ægritudinem non deſperatæ, ſed verè difficilis curationis, vt ipſe met Nicolaus *Summario Num.*1. §.17. ex Peritorum ſententia aſſeruit ibi = *Che era difficil curazione*.

Quod verò morbus Gambacurtæ fuerit Ophthalmia, hoc eſt Oculoram inflammatio elarè probatur, primò ex ingenua depoſitione Vxoris, Teſtis 15. Quæ, cùm prior cæteris extraneis Teſtibus virum obſeruauerit, cenſenda eſt deſcripſiſſe morbi naturam ſine vllo fuco. Hæc enim *Summario Num.*1. *propè* §. 44. Reſpondit per hæc verba = *Li calò dentro del meſe di Giugno vna gran fluſſione nell'Occhio dritto con*

gran calore, è poi gli s'aggraud à ſeg.. .se li caggionò anche dolor grande nell'altr'Occhio ſiniſtro, e t'inſanguinarono tutti due. = Aderat itaque in ægri Oculis *calor*, *dolor*, *& color Sanguineus*, quæ tria veræ Ophthalmiæ definitionem conſtituunt, cùm ea iuxtà vnanimem Practicorum conſenſum deſcribatur à Pancratio Brunone in Lexico Medico = *Per inflammationem Oculi, vel potiùs Tunicæ Adnatæ in Oculo cum rubore, & dolore* = Scilicèt = *Con calore, gran dolore, e s'inſanguinarono tutti due*, = de quo ſanè Oculorum dolore ipſe expertus æger conqueritur *Summar. Num.* 1. §. *Primo* = *Dopo vn gran dolore ſentito nell'Occhio* = Neque ruboris ipſe meminiſſe potuit, cùm Oculi omnia videant præter ſe ipſos, vt eſt in adagio.

Secundò oſtenditur etiam morbum hunc fuiſſe Ophthalmiam, quia inter huius mali ſigna à clariſſimo Vvedelio (in diſſertatione particulari de Ophthalmia §. 17.) recenſentur diminutio viſus, & exaſperatio ardoris Oculorum ab intuitu lucis, vnde paſſim videmus huiuſmodi ægros ſemper lucem aufugere. Noſter verò Gambacurta vtroque hoc ſymptomate minimè caruit, vt deponit aliàs citatus Teſtis 23.

Tertiò vrget argumentum demonſtrans cauſam iſtius Cæcitatis non fuiſſe internam, ſed in externis Tunicis, atque ab Ophthalmia dependentem, quia in Oculis Gambacurtæ apparuit Gumma quoddam, vt aſſerit Fobuſtellius *Teſt.* 22. *Summario Num.* 3. §. *Primo pag.* 144. = *Anzi ſi oſſeruaua vna Gumma, che faceua tutta vna figura in ciaſcheduno di detti Occhi*, = quod ſanè Gumma forſitàn pannum vocant cæteri Teſtes cum ipſo Gambacurta loco ſupracitato = *Mi calò nell' Occhio .r'tto vn panno*, = & inſrà = *Dopo vn gran dolore ſentito nell' Occhio calò ad eſſo vn panno*, = qui quidem pannus non vnus, ſed multiplex, ſemper tamen in externis tunicis eſſe poterat morbus, quem ipſe ſuſpicari quidem, ſed à re abſens, & ſine certis ſignis, diuinare non poſſum. Cum enim morbi tunicarum Oculi ſeorſim tractari nequeant, vt aduertit Rinerius *lib.* 2. *prax. cap.* 8., quia Oculorum inflammatio, licet Tunicæ Adnatæ propria ſit, ad corneam tamèn non rarò extenditur, in eaque varios affectus producit; id circò in hoc ægro albuginem, & pannum Ophthalmiæ coniunctos fuiſſe probabiliſſimum, duco, quia vterque morbus contumaci Ophthalmiæ facilè jungitur.

Neque tamen hic pannus vera, & interna ſuffuſio, ſeù cataracta eſſe potuit, ſed (& vt Dolæus loquitur de Pterigio, ſeù Vngue Oculorum in Encyclopedia Chirurgica *lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 129.) dici dumtaxàt poterat ſuffuſio quædam externa cum (præterquam quod cataracta cerni non poteſt in oculis cruentis, cuius affectus locus non ſupra, aùt intrà corneam, ſed ſub eadem in humore aqueo ab Anatomicis, & Practicis paſſim decernitur) ipſa cataracta plerumque ſenſim, & ſemper ſine vllo doloris ſenſu intra oculos colligatur. Hic autem pannus, à quo velati ſunt oculi Gambacurtæ, citiſſima, & cum dolore productus fuit, ita vt idem per hæc verba loquatur = *Dopo vn gran dolore &c. calò ad eſſo vn panno in modo, che ambedue gli occhi reſtorono affatto priui della viſta nello ſpazio di quattro giorni in circa* =

Sed multò adhùc clariùs productionem ipſius panni ab Ophtalmia, tanquam vera, & legitima cauſa deducitur ex depoſitione Quinti Teſtis de viſu *Summ. num.* 1. §. 32. = *per il che gli calò vna flaſſione ſanguigna* = ideſt Ophthalmia = *agl'occhi, quale gli caggionò vn panno negl'occhi*

me.

medesimi = de quo sanè pannō ex dolorifica ad oculos fluſſione producto, ipsa quoque testatur de visu Ægroti mulier.

Cum verò pannus, vt optimè scribit Doleus loco supracitato de Tunicæ Adnatæ vitijs *pag.* 126. & ex eo transcribit *Theophilus Bonetus in Theat. Pract. tom.*1. *lib.*2. *cap.*37. *pag.*952., nihil aliud sit quàm tela quædam carnosa in superficie Tunicæ Adnatæ cum proritu, dolore, oculorum à lumine offensione, visione obscura, vel ablata, nemo certè de istorum signorum existentia in Ægritudine Gambacurtæ vnquam poterit dubitare, si summarium, & quæ nos ex illo perstringere superiùs conati sumus, attentè perlegerit. Quinimò residuum istius panni carnosi in parte externa oculi obseruatum fuit à Santillo Sicca, vt deponit idem Gambacurta *in Summ. num.*1. §. 15. *pag.* 115. per ea verba = *& in oltre nella parte esteriore* (loquitur de oculo) *vn poco di carne crescinta* = quam quidem D. Sinibaldus arbitratur fuisse Pterygium, seù Vnguem oculorum, qui morbus longè faciliùs in isto Ægro concurrere poterat, quam vera cataracta, cum ex adhibitis corrosiuis glandulæ lacrymales ita erodi potuerint, vt eorum postea Fibræ suos extra limites in carnem luxuriauerint.

Neque autèm in hoc Patiente desiderabantur causæ, atque occasiones, quæ panni, aut albuginis productioni fauere solent; etenim, cum huiusmodi mala grauibus ophthalmijs adiungantur ob copiam viscidorum, atque acrium humorum, qui à sanguineis vasis, Adnatæ, & corneæ communibus, suffunduntur, atquè vtrobique concrescunt, & diaphaneitatem vtriusque Tunicæ in apocam facilè commutant, nullus profectò Peritorum erit, qui ambigat in Gambacurta per moram nocturnam, & multoties reiteratam in suo viridario, copiosam factam fuisse collectionem lympharum transpirabilium, sed non transpiratarum, quæ, vt probè norunt Medici, viscidulam, acremque indolem, vbi intercipiuntur, & consistunt, manifestare solent; frigus enim, dùm obstruit, coagulat humores, torpidosque reddit, vt aduertit Dolæus loco supracitato *pag.*130., imò ipsos Spiritus animales membranarum, & fibrarum ocularium inspissat, maximè cum oculi aeris iniurijs præ alijs sint expositi.

Denique ad prædicti Panni, vel Albuginis generationem nequè alia defuit, eaque admodùm frequens causa, incauta nimirùm applicatio topicorum acrium, & exiccantium, vt constat in *Summario*, & de quorum valida, sed pessima vi ad producendum Albuginem in puncto scripsit Lazzarus Riuerius *lib. cit. cap.*7. Atque hinc sanè alia suborta est causa cæcitatis, nimirum irritatio, & quasi conuulsio inducta in musculis palpebras deprimentibus, vnde Patiens illas eleuandi, atque diducendi impotens factus, nil mirum si hac etiam de causa lucem suos intra oculos admittere prohibeatur.

Sed audio quendam nunc me interpellantem, quod Periti *in Summ.* naturam morbi, quo noster premebatur Gambacurta, vnanimitèr asseruerint Guttam, vel speciem guttæ serenam, simulque suffusionnem, quæ quidem, si vera fuisset complicatio adeò diuturna malorum, vtique non vincibilis, sed omninò per naturæ vires inuincibilis extitisset causa cæcitatis, qua corpore, animoque miserrimus hic æger torquebatur. Fateor sanè ipse quoque magnum, & herculeum primo aspectu hoc ijs videri posse argumentum, qui Medicam Artem nec à limine salutarunt, cùm, audita voce Peritorum, & facta suppositione, quod qui *in Summ.* dicuntur Periti, tales reuerà fuerint, illorum

rum atteſtationi ſtandum videretur per ea, quæ habentur *in cap. ſignificaſti de hom.*, & *in cap. propoſuiſti de probat.*, etiamſi Periti rationes non afferrent, *cap. indicat. propoſuiſti &c.* Sed nos ſumus in caſu, in quo ex tribus prætenſis Peritis primus, cum examini præmortuus fuerit, perindè eſt, ac ſi non eſſet. Duos verò alios Robuſtellium nimirum, & Matthæium non leui imperitia rei Anatomicæ, & Chirurgicæ ex eorum depoſitionibus laboraſſe colligitur. Ille verò, qui Peritiam circà oculorum morbos præbere debet, non Tonſor ſit oportet, ſed Anatomiam præſertim, & Opticam profundè calleat, vt clarè colligitur ex præfatione Riuerij *ad lib.* de Morbis oculorum. Robuſtellius autem putat ab extra videri poſſe membranas cryſtallinam, & Vitream, quæ, vel ſecto oculo, & extractis humoribus, opus ferè eſt mycroſcopio, vt videantur. De altero paritèr Perito nomine Petro de Matthæis (viro alioquin probo) *Teſt.* 23. non loquor, cum ſatis exiſtimem ad excludendam in illo veram ſcientiam, & Peritiam, quod ipſe met *Summ. num.* 3. *pag.* 146. ſe vocet non Artis Alumnum, & cauſarum, idearumque morbornm Peritum, ſed ſimplicem curioſum, & vt vulgus loquitur *dilettante* = verba ſunt = *Mi diletto di queſta cura d'occhi* = & infra = *perche io mi dilettauo di queſte cure* =

Sed quid hiſce immoramur argumentis, vt probetur depoſitionibus iſtorum Peritorum, qui ratiocinio, ſcientia, & experimentis Anatomicis carere videntur, ſtandum non eſſe, vbi naturam, & cauſas morborum rimantur, & indicant, cum idem met Clariſſimus D. Sinibaldus, pro veritate ſcribens, neruosè demonſtret nullum ſignum Guttæ ſerenæ adfuiſſe in Gambacurta, & proindè ab iſtorum Peritorum ſententia ſponte recedat, ad quem Dominos meos Lectores libentèr remitto, illud ſolummodò poſtremò addens, quod, cum Gutta ſerena ſit paralyſis Nerui Optici, nullo modò oculos dolere facit, quemadmodum intensè doluiſſe in Gambacurta omnes cum ægro fatentur Teſtes.

Neque repetam hic rationes, quibus clarè oſtenditur morbum Gambacurtæ non fuiſſe veram, & internam Cataractam, cùm eaſdem ſuperiùs = §. *Tertiò Vrget* = fatis, vt putamus, recenſuerimus; cum enim in Ophtalmia facillimè pannus, & albugo ſuboriantur, vt paſſim in praxi videmus, Cataracta verò ab eadem Ophthalmia rarò produci ſoleat; cumque, cruento reddito per ophthalmiam oculo, quantumuis fingatur caſus Cataractæ ſub Cornea præeſiſtentis, hæc neque à Lynceo, & Mycroſcopio quouis armato Oculo, cerni poteſt, non video quomodò ab ingenuo, doctoque Viro relinquenda ſit obuia, & certa morbi idæa, quam in Ophthalmia cum ſupernato panno, & albugine poſuimus, vt ignotam, atque inſolitam, nempè in vera ſuffuſione locatam cauſam iſtius cæcitatis, per commenta venetur.

Solutis iam duobus prioribus dubijs, reliquum eſt modo, vt poſtremi enodationem aggrediamur, quam nos clariori methodo conſecuturos ſperamus, ſi totam huiuſce Miraculi materiam non confuſim tractandam; ſed in tres partes diuidendam ſuſceperimus. Oſtendemus in prima huiuſmodi ſanationem fuiſſe miraculoſam. In altera eandem ſecundæ Miraculorum claſſi eſſe adſcribendam. In tertia noſtram circà multiplicem in hoc vno Miraculorum concurſus Sententiam aperiemus.

Pri-

Primo itaque loco non dubitamus, quin iſthæc Cæcitatis liberatio Miraculo ſit adſcribenda, non ſolùm quia morbus erat derelictus, & ferè pro deſperato habitus ab ijs, quos Aeger accerſiuerat Peritos; Vndè homo miſerrimus eò deſperationis deuenerat, vt intrà Puteum facilè ſe proiecisſet, niſi manus inuiſibilis eum retinuiſſet, vt plenè conſtat in Summario; Sed potiſſimùm quià preuia probata apparitione B. Iacobi, duæ in ipſo ſanationis actu concurrerunt circumſtantiæ, quæ ſolæ miraculoſam conſtituunt ipſius Cæci liberationem, & ſine quibus nullum certè hominibus (præterquam media Diuina reuelatione) circa ſanatos Aegros conſtare poteſt Miraculum. Huiuſmodi autèm circumſtantias, præ-alijs inter noſtros, diligenter, quantùm ſolidè ex Sacris Paginis collegit *Paulus Zacchia in conſiliis Medico-legalibus conſ.* 4. *&* 5. Prima eſt vt ſanatio ſubitò, in inſtanti, illicò ad Dei, & Chriſti Domini, eiuſque Seruorum nutum facta ſit. Secunda verò vt nulli interfuerint, aut ſucceſſerint cooperantis naturæ motus.

Quòd prima conditio concurrerit in ſanatione noſtri Gambacurtæ, luculentèr patet ex facto; hic enim Aeger in actu feruidi recurſus ad Deum per Inuocationem B. Iacobi de Marchia, ſtatim, illicò, & in inſtanti lucem non ſolùm videre cæpit, ſed perfectè vidit omnia. Neque porrò multo opus eſt ratiocinio, vt veritas iſta ponatur in Meridie. Etenim quotquot in Proceſſu examinati ſunt Teſtes vno, eodemque ore de inſtantanea iſtius liberatione admirabundi loquuntur. Sed omnium maximè, qui ſolus, verèque de recuperato ſtatim oculorum vſu teſtari poterat; fuit ipſemet Nicolaus, cuius conſtantem, letitiæque plenam confeſſionem nemo certè, cui Cor Chriſtianam Fidem ſapiat, abſque maximo ſtupore, animique ſui teneritudine legere poterit. Verba ſunt Nicolai, genibus ſuper Altare prouoluti, & Crucifixum præ-manibus tenentis = *Mentre ſtauo così orando con dire ſpecialmente al Beato, che io non mi ſarei partito da quel ſito* (ò vera, & conſtans Fides?) *Se non haueſſi riceuuto la gratia della viſta, e mentre diceuo queſte parole ad alta voce, ricuperai in vn'iſtante tutto il vigore della viſta, che aueuo prima* = Oh prodigium! oh veræ Fidei Miraculum! Quid enim plura, aut Æger effari, aut nos ad Dei gloriam, & B. Iacobi venerationis argumentum exigere poſſumus.

Altera quoque conditio miraculoſæ ſanationis, quæ in defectu concurſus cooperantis naturæ tota conſiſtit, euidentiſſimè apparuit in recuperatione viſus iſtius Ægri. Etenim naturæ motus bifariam à Medicis conſiderantur, ſcilicet vel ſpontanei, ſeù critici, vel ab Arte, aut caſu promoti. Sed in Gambacurta neuter interceſſit. Igitur iſtò etiam ex capite miraculoſa eiuſdem illuminatio cenſenda.

Patet primo, quòd nulla Ars, nulluſque caſus ad hanc ſanationem conſpirauit. Æger enim iàm ab omnibus Peritis, ac etiam Empyricis derelictus, deſperationi proximus fuiſſe legitur, cùm de habendo recurſu ad Supremum Immenſæ Poteſtatis Medicum cogitare cœpit; neque tunc vllum pharmacum ſumpſit, aut Oculis topicum admouit ſit conſtat vbique *in Summario*.

Patet ſecundo loco, quòd nulla critica naturæ motio in actu Sanationis, vel ante illam interfuerit, non ſolùm quia modus operandi naturæ in genere conſideratus, non eſt verè inſtantaneus, vt ex Medicorum conſilio decreuit *Sac. Rot. in Relatione B. Magdalenæ de Pazzis Mirac.* 3.

rac. 3. poſt mortem §. *Quarto*; Sed multo magis, quia in hypotheſi ophthalmia diuturna plurium menſium, & quæ cum Panno, Albugine, ac forſitan cum Pterygio iungitur (quemadmodùm probatum eſt fuiſſe illam, qua Gambacurta vexabatur) nullo modo per ſubitam criſim ſanari poteſt, quo fit, vt apud Obſeruatores Medicos, quantùm hactenùs legerim, neque vnicum citò ſanatæ huiuſce ferinæ opthalmiæ inueniatur exemplum.

Validæ autèm rationi nititur experimentum lentæ, & non ſubitæ ſanationis complicatarum opthalmiarum, quia iſtarum affectionum cauſæ tales conſtituunt reſiſtentias, quæ illicò atque in inſtanti à ſola natura vel arte ſuperari non poſſunt, vt de Pterijgio, ac de alijs confirmatis Adnatæ morbis loquitur præſertim Dolæus, & in puncto Vvedelius *loc. cit.* §. 31., ſcribit modum ſanationis Ophtalmiæ (ſi non ſupperetur) eſſe cæterarum inflammationum morè *ſenſim ſenſimque diſpaleſcere*, non verò ſubitò, & in inſtanti. Cum enim huiuſmodi mala producantur in oculis ab aggregato lymphæ, ſanguinis, ſuccique neruei, a naturæ ſtatu per conceptam acredinem ac lenteſcentiam degenerantium, vnde obſtructa vaſa reflua, & connulſi nerui prohibent cauſæ recirculationem, ac reſolutionem, imò illam penitiùs, ac profundiùs ad vſque intra Corneæ laminas vrgent, atque faciunt concreſcere, vt in caſu, de quo agimus; hinc fit, vt nec reſtitutio liquidorum ad naturæ ſtatum, nèc ablatio impedimentorum in vijs illicò ac ſtatìm vlla ratione, præterquàm miraculoſa, fieri poſſit; neceſſarium ſiquidem eſt, vt humores cohærentes diſſoluantùr, ac liquentur, acredines dulcificentur, neruorum conuulſiones tollantur, vt, deobſtructis tubulis, intercepti humores per vias reduces, aut per tranſpiratum vrgeri poſſint; quæ quidèm operationes tantò difficilius, & cum maiori Temporis interuallo apud oculorum Tunicas, & præſertim Corneam fieri ſolent, quanto in oculis tenuiora ſunt ſtamina, exiliora ſunt vaſa, ſtrictiores ſunt eiuſdem Corneæ laminæ.

Scio vtique nobis hic regeri poſſe, quod ſubtilitèr ac doctè aduertit Reuerendiſſimus Fidei Promotor in ſuis animaduerſionibus circà lacrymas, quæ affatìm in ipſo actu ſanationis ex oculis Gambacurtæ profluentes, vim quandam euacuationis criticæ, & recuperandæ viſioni per naturæ vias admodùm peculiarem, habere potuerunt, cum non deſint Medici, qui lacrymarum fluxum in Opthalmia laudauerint cum *Aetio Tetrab. 2. ſem. 1. cap. 2. Auicennà tom. 1. lib. 3. fen. 3. tract. 1. cap. 7.*, *& Sennert. in prognoſt. de Opthalmia lib. 1. prax. cap. 3. ſect. 2. cap. 12.*

Sed primo reſpondemus, quod Auctores ſupracitati aſſerunt vtique ſimplicem Opthalmiam cum lacrymis celioris motus, quàm ſine ijs plerumque eſſe. At non proindè ex lacrymarum profluuio inſtantaneam pollicentur ſanationem, præſertìm in complicatis optalmijs, quemadmodum iſthæc fuit, in quà pannus, albugo, & Pterijgium maiorem vim ægro inferebant, quam nuda oculorum inflammatio. Et ratio quidem adſtipulatur, cum lacrymæ ſuis e glandulis, extra oculi bulbum locatis, profluentes, externam vtique oculorum ſuperficiem poſſunt abſtergere, ſed intra denſam tunicarum texturam vaſorumque exilitatem illicò, atque in inſtanti penetrare certè non poſſunt, & multo minus concretos ijs in locis humores, pannum, & albuginem producentes diſſoluere atque eluere valent.

Quin imò ſecundo loco dicimus, quod non omnes Medici ſunt concor-

des

des in asserenda vtilitate ex largè profluentibus lacrymis in Opthalmia : *Etenim Doctissimus Scheneiderus relat. à Bonet. loc. cit. pag.* 934. *num.* 26. scribit lacrymas copiosores oculorum vim obtundere, quia caliginem ipsi pupillæ inferunt, de quo sanè prauo effectu ex lacrymis conquæritur etiam Sacer Salmista; Et in puncto Carolus Musitanus *lib.* 1. *Trutin. Medicæ cap.* 18. opthalmiam à lacrymis vel progigni, vel augeri scribit. Neque ab ista Sententia abludit Vvedelius citata dissertatione §. 32. = cum velit copiosum lacrymarum fluxum in opthalmia non adeò bonum esse, & solummodò per accidens contingere, vt aliqui post lippitudinem acutiùs videant *ex Aristotele sectione* 31, *probat.* 9. discussis nempè humoribus, sed frequentiùs contrarium obseruari.

Tertio, & quidèm strictiùs, quod in hoc ægro lacrymæ non in solo liberationis actu, sed ante ipsum multò copiosores, inutilitèr tamen profluerunt, quosi prudentèr satis aduertit D. Aduocatus Lucinus pro Canonizatione scribens: Etenim (vt præteream probabilitatem continui *lacrymarum* fluxus in opthalmico, tot capitis, animique doloribus presso) clara res est ipsum a quadam desperationis violentia ad Cisternæ labrum impulsum fuisse, & tota ea nocte lacrimasse, vt idem deponit in *Summar. num.* 1. §. 7. *pagg.* 112. ibi = *Non potendo dormire, turbato dalla medesima passione, continuai à piangere tutta la notte* = Et nihilominùs flumen hoc lacrymarum eiusdem oculos nec minimum abstergere potuit, sed eodem cæcitatis gradu perseuerante, curru vectus Templum, & Altare B. Iacobi cum firma spe gratiam ab illo obtinendi, adire coactus fuit: Lacrymæ enim in hoc ægro solius morbi, vel animi desperati, aut præ lætitia exultantis sympthomata fuerunt, non crises.

Tandem illud etiàm vrget argumentum, quod in actu primæ sanationis, quæ contigit super Altare eiusdem Serui Dei, nullæ intetuenerunt lacrymæ, quæ solummodò post receptam gratiam fluxerunt, in signum gratitudinis, vt inquit ipse met Gambacurta *Summar. pag.* 114. §. 12. Non igitur lux in oculos istius ægri delata est per aquas lacrymarum, sed per gratiam veram, viuam, & miraculosam, a Deo ter Opt. Max. per intercessionem B. Iacobi misero huic Patienti in extremo statu suæ necessitudinis impetratam, quod erat in hàc prima parte ostendendum.

Videamus modò cuinam miraculorum classi instantanea hæc sanatio referenda sit, in qua sanè re demonstranda, breuibus me expediam, cùm apud D. Thomam duo præcipue miraculorum genera considerentur, vnum maximi gradus *part.* 1. *quæst.* 110. *art.* 4. & definitur *per id quod fit præter ordinem Totius Naturæ Creatæ*; Alterum verò secundi gradus *quæst.* 105. *art.* 8. quod exemplificatur in Febri, quæ per Virtutem Diuinam curatur absque vlla curatione, & consueto processu naturæ, sub quo sanè genere *Paulus Zacchia quæst. Med. legal. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 3. *num.* 11., *& sequen.* alias rursùs miraculorum classes constituit.

Quoniam verò sanatio Gambacurtæ probata est versata non quidèm circà morbum omninò incurabilem, sed circa complicatam Ophthalmiam, quæ cùm difficilis, & longæ sit curationis, derepentè, atque in instanti debellari non poterat; venit igitur ex necessaria consequentia, quod eadem adscribenda sit secundo miraculorum ordini, vt præcitatus Zacchia contigisse describit in Socru Petri, quæ pote-

rat curari à Febri Medicis, aut Naturæ auxilijs, tamen ſanata fuit abſque illis à Chriſto Ieſu.

Neque autem (quantum mea fert opinio) quidquam facit ad hæſitandùm de validitate ſecundi generis iſtius miraculoſæ liberationis. Primo, quod veſtigium aliquod carnis in angulo vnius Oculi Gambacurtæ relictum fuerit poſt primam ſanationem. Etenim hoc quidem Deus voluiſſe potuit, vt ſignum aliquod non leuis, ſed magni debellati mali ſupereſſet in Oculo, quòd tum ægrum, tum alios in fide firmiter detineret. vt de cicatrice relicta in Carpo S. Ioannis Damaſceni ſcriptum legimus. Accedit quod, cùm preces Gambacurtæ tenderent ſolùm ad petendam liberationem à Cæcitate, quotieſcumque Cæcitas omninò diſparuerit, integra dicenda eſt atque abſoluta ſanatio: Quamquàm leue præteriti morbi veſtigium ſuper fuerit, quod nihil viſioni officeret, vt ipſe in *Summario* deponit *pag.* 115. *ante* §. 15.

Multò deindè minùs miraculi releuantiam infringere valet, quod ipſe ego dubitandi locum ſuperiùs aperuerim, an idem Gambacurta, antequàm pro gratiæ exoraret impetratione, vmbratilem aliquem videndi vſum habuiſſet. Etenim tùnc temporis moraliter, & in via ſupernaturali pro vero Cęco tenendus erat, non ſolùm quia ſuæ Artis miniſterio incumbere, ac propriæ familiæ ęgeſtatibus prouidere nullo modo poterat; Sed potiſſimùm quia veritatem hanc ille docet, qui nos non fallere tantùm, ſed erudire, ac ſaluare voluit Chriſtus Ieſus, qui (apud S. Marcum *cap.*8,) cùm vidiſſet Cęcum ei adductum, vt ſanaret, expuit in oculos eius, & impoſitis manibus interrogauit eum, ſi quid videret? Video, ait, homines veluti Arbores ambulantes; deindè iterùm impoſuit manus ſuper oculos eius, & tunc cępit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia, ex qua porro ſacræ hiſtoriæ narratione duo deduci poſſe mihi videntur, vnum quod Saluator Noſter Fidem experturus Ægri noluerit priori manus impoſitione illum ſanare, ſed tantummodò in ſpem futuræ liberationis erigere. Alterum verò (& hoc ad rem noſtram facit) quod Euangeliſta illum habuit pro Cęco in via ſupernaturali, quamquàm in via naturæ videret homines veluti arbores ambulantes, cùm vt à cæcitate liberaretur nouâ Chriſti manus impoſitione indiguerit, per quam Sacer Hiſtoricus tunc ſcriptum nobis reliquit = *Et cępit videre* = perindè quaſi cùm vmbratiles hominum ſpecies intuitus eſſet, non dùm quidquam vidiſſet. Adeò verum eſt eodem planè miſeriæ gradu illum premi, qui vel integra cæcitate, vel vmbratili viſione laborat!

Poſtremo autem loco conſiderandum nobis occurrit, an huiuſmodi miraculum habendum ſit pro duplici, an etiam pro triplici, vt probare conantur Domini ſcribentes pro Canonizatione; ſed quemadmodùm ipſe, Medici dumtaxàt perſonam nunc induens, fateri liberè, licitèque poſſum miraculi duplicitatem, quæ clara, atque euidens apparet diuerſis diſtincta temporibus, & cum omnibus miraculi circumſtantijs producta, quæ quidèm circumſtantiæ clariùs relucent in ſecunda liberatione, vt neruosè probat D. Aduocatus Lucinus, ita mihi licere minimè arbitror falcem in Theologorum meſſem audaciùs immittere, cùm tertium miraculum in eo conſiſtere credatur, vt noua Cęcitas Gambacurtæ cęlitùs immiſſa fuerit in pœnam ingratitudinis, & diffidentiæ, qua ipſe paſſus fuit diuinum munus vitiari, permittendo, quod humana adhiberentur remedia, perindè quaſi Diuina non ſufficerent;

Ipſe

Ipſe enim peritiæ meæ vix ſatis feciſſe arbitror, ſi votum exhibuerim circà morbum ſupernaturaliter ſanatum, non productum, cuius alioquin claram in humanis video cauſam, applicationem nempè illiuſmet remedij, à quo Gambacurta ante primum miraculum grauitèr læſus fuit, & forſitàn obcęcatus.

Satis itaque ad Dei gloriam, & ad plenam probationem duorum miraculorum pro Canonizatione B. Iacobi futurum ſperamus, ſi hactenùs demonſtrauerimus illuminationem iſtius Cęci non abſimilem ei, quæ Mediolani contigiſſe deſcribitur à D. Auguſtino *lib.*22. *Confeſſ. cap.*8. vbi Cęcus illuminatus fuit ad Corpora Sanctorum Geruaſij, & Protaſij quemadmodùm Gambacurta Partenope ad Tumulum B. Iacobi, immenſo Populo Teſte, concurrente, ſimul & glorificante.

Hæc autem pro veritate ſcripta infallibili Sanctitatis Veſtræ Iudicio reuerenter ſubmittit,

Io: Maria Lanciſi Sanctitatis Veſtræ Medicus à Secretis.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

VOTVM

EIVSDEM ILLVSTRISSIMI

D. LANCISI

Super Nono Miraculo Inſtantaneæ Sanationis Victorię Sanellę à Conuulſione, & Paralyſi in brachio, & manu ſiniſtra.

Beatiſſime Pater.

QVM ipſe à Sanctitate Veſtra non ſim adductus, vt Proceſſus Validitatem circa Teſtium depoſitiones expendere, atque æſtimare debeam (Hæc enim iam perluſtrata ſupponitur in Sac. Rit. Congregatione ab Eminentiſſimis Patribus) ſatis profectò mihi futurum ſpondeo, ſi duæ ineluctabiles admittantur ſuppoſitiones, vna, quòd prædicta Victoria verè illo laboraret brachij morbo, qui in Summario deſcribitur. Altera, quòd eadem Victoria, Neapolim nauigio vecta, ad Altare B. Iacobi Ægra, vt erat, peruenerit, ibique tandèm ſupplex, ac feruidè exorans integram ſanitatem ex tem-

pore obtinuerit, in quibus certò asserendis omnes Testes vnanimiter consentiunt.

His porrò duabus firmatis hypothesibus, existimo, quod, quamquàm huiusmodi sanatio multis naturalibus simùl concurrentibus causis debeatur, eæ tamen causæ non adeò celeriter, atque in instanti operari potuerint, quin Deus Optimus Maximus speciali suæ Omnipotentiæ concursu illarum virtutes ità disposuisset, & in agendo adauxisset, vt effectus sanationis, qui naturaliter nonnisi multorum spatio dierum, ac sensim per gradus se manifestans expectari poterat, momento temporis appatuerit.

Quod si igitur hæc omnia validè, vt spero, probauerim, facilè talis liberatio, si iudicio infallibili Beatitudinis Vestræ videbitur, miraculo tertij generis adscribi poterit.

Vt verò clarè demonstremus, quæ hactenùs exposuimus, duo præcipuè rimari oportet, in quibus vniuersum istius Miraculi examen versari videtur. Primò, quæ fuerit idea, & qualitas descripti morbi, & an idem Morbus dictum factum in via Naturæ solui, ac penitùs tolli potuisset. Secundò, vndè constet, quod, cùm isthæc sanatio ex naturalibus etiam causis processerit, particulari Dei gratiæ tribuenda veniat.

Prima equidèm consideratio tres habet partes: Morbi videlicèt naturam, specificam qualitatem, & ordinarium sanationis tempus.

Quod attinet ad Naturam, seù ideam Ægritudinis, ea certè si minimi extitisset momenti, affectatæ prorsùs Pietatis foret, particulare Dei auxilium ad celerrimam illius liberationem velle nunc accersire; Miraculosæ namque sanationes circà morbos vel incurabiles, vel saltèm magnos, & difficultèr sanabiles, debent contingere, vt ex D. Thoma prudentèr aduertit *Paulus Zacchia in consilijs Medico-Legalibus cons.* 4. *num.*6.

Et quoniàm natura Ægritudinum per sola signa Medicis innotescere potest, libranda erunt signa, & sympthomata quæ in brachio Victoriæ apparuerunt, vt de ipsius idea morbi iustum feramus iudicium.

Equidèm cùm signa, & sympthomata, quæ habebat prædicta Virgo, fuerint complicata ex duplici genere signorum, conuulsionem videlicet, simùlque brachij Paralysim, significantium, procul dubio asserere cogemur, quòd Virgo ista complicato ex conuulsion, & Paralysi morbo, pertinacitèr laborauerit, quemadmodùm ingeniosè, quantùm vere studuit ostendere Doctor Sinibaldus pro veritate scribens.

Quod verò Victoria Sannella Conuulsione laboraret, ex eo clarè deducitur, quod vbique locorum in Summario legatur eiusdem brachium fuisse attractum, ac proindè difficillimè à loco, & situ, quem occupauerat suprà pectus, amoueri potuisse, id quod ipsamet Ægra, *Summario Num.*2. §.10. *pag.*178. his verbis deponit = *Mi afferrò il mio braccio, che staua attaccat o al mio Petto, e fortemente lo tirò strappandolo; ma il detto braccio non si mouena = ma con il braccio si mouena anche la mia persona* = Hoc enim signum verè demonstrat naturam Conuulsionis, quæ in eo consistit iuxtà vnanimen Medicorum consensum, vt vis contrahens vnum, vel plures masculos, pertinaciter superet vim contranitentem vnius, vel plurium ex antagonistis musculis. Vndè membrum, in quo ipsa peragitur Conuulsio, eò adduci necessum est, quò maior viget contracti masculi, aut masculorum vis,

ibi-

ibique immobilis figatur, ac permaneat, vt in noſtro caſu contigit, in quo muſculi bracium ad Pectus adducentes ſuperabant vi contractiua muſculos idem membrum à Pectore abducentes.

Quin immò Convulſionis exiſtentiam ille etiam probauit frigoris ſenſus, de quo ſub morbi initium ipſa Ægra conquerebatur, *Summ. Num.* 1. § 1. *pag.* 176. ibi = *Mi calò una goccia nel braccio ſiniſtro, che tutto mi raffreddò* = Frigiditatem enim partium convulſoriam appellauit *Magnus Hippocrates in Coacis num.* 1., cuius profectò non adeò obuiam rationem ingeniosà deducit præcitatus Doctor Sinibaldus ex miſcela ſalium armonialium cum ſalibus nitroſis, quæ in lympha contingens efferueſcentiam ad tactum frigidam, ubi remoram patitur, producit, quamquàm ſalia hæc acutiſſima ſint, & ad muſculorum tenſionem vtplurimùm convulſiuam procedendam naturaliter conducant.

Sed quoniam in eodem Summario ſit clara mentio priuationis non ſolum motus, ſed etiam ſenſus in affecto brachio, vt legitur loco citato ibi = *E perdette il detto braccio il ſenſo, & il moto* = non immeritò à Poſtulatoribus firmatur morbus Victoriæ pro Paraliſi, cum reuerà, quotieſcumque cauſa muſculorum tentionem faciens ſit ſummè obſtruens, & comprimens Convulſionem ſimùl, ac Paralyſim una, eademque in parte producere poſſit: compreſſis enim Nerui intrà muſculorum rete diſſeminatis ſpiritus Animales ab excurſu prohibentur, ſicque Paralyſis Convulſioni ex neceſſitate ſuccedit.

Neque probatus hic ex Paralyſi, & Convulſione nexus cuique difficilis videbitur, qui primùm legerit apud Thomam Bartolinum in Paraphraſi ad ſecundum Paralyticum à Saluatore noſtro ſanatum, huiuſmodi morborum complicationem multis ab Auctoribus, ſed præcipuè ab Hippocrate, Abenſina, Aureliano, Marcello Foreſto, Valleſio, & & à Semetipſo pluriès animaduerſam, deindè verò aduerterit modum, quo idem nexus poteſt contingere, luce meridiana clariorem redditum apud Laurentium Bellinum. Is enim de morbis Capitis *tit. convulſio pag.* 548. ſcribens de conuulſione pendente ab infarctu humorum intrà villos muſculorum (cuiuſmodi fuit ea, de qua loquimur) hæc ait = *Huius autèm generis convulſio, ſi diutiùs protrahatur, facilè poterit in Paralyſim faceſſere, diſſoluto demùm villo per coacernationem illius humoris.*

In noſtro tamèn caſu ſtatim à Convulſione productam fuiſſe Paralyſim probabiliſſimum duco, quia illicò quantitati humoris irritantis, & infarcientis iungebatur quædam qualitas determinata ſalium, quæ poteſtatem habent animales Spiritus in fibris muſcularibus, quas primò conuellendo impleuerunt, citò figere; vnde frigidus ille ſenſus Puellæ brachium corripuit, qui excitari non poterat, cuin ſalia nitro = ſulphurea, & armonicalia ſpirituum igniculos concentraſſent, ſeu libero ſno per cutis, muſculorumque fibras curſu, atque expanſione ſubitò priuaſſent, quod perindè eſt, ac ſi dicamus non progreſſu, ſed momento Temporis Convulſioni paralyſim adiunctam fuiſſe.

Quod ſi autem aliquis putet hic paralyſim, & Convelſionem in ijſdem brachij muſculis locum non habuiſſe, ſed internos muſculos idcircò Convulſione detentos, quia externi ſeù antagoniſtæ Paraliſi torpebant, ipſe quidem in contrarium non laborabo, cum re ipſa caſus iſte dari poſſit, & pro vera Convulſione àccipiatur à *Clariſſimo Ballonio lib. de Convulſione pag.* 9. cuius fiendi modum ex principijs Anatomi-

co-Mechanicis euidentiſſimè deducit præ alijs citatus *Bellinus p.* 549. Ad hanc ſiquidèm tollendã dubitationem oportuiſſet Ægram non ſolùm diligentiſſimè interrogaſſe, ſed eodem tempore oppoſitorum in illa muſculorum ſtatum proprijs oculis, manibuſque pertractaſſe, ſed cùm huiuſmodi etiamſi verificari poſſet circumſtantia, tantum non infirmaret, quin forſitàn morbi releuantiam augeret, ac roboraret vlteriùs, idcircò ab hoc ſuperfluo inquirendi ſtudio ſuperſedebimus.

Demonſtrata Idea, & Natura Ægritudinis, qua Victoria detinebatur, nùnc ſuper eſt agendum de qualitate, ſeù differentia iſtius conuulſiuæ paralyſis, quæ ſi nomine dumtaxat, non re ipſa, magna fuiſſet, omninò parui facienda, & à miraculi materia penitùs excludenda foret.

Porrò varij argumentis ex Summario deſumptis nobis conſtare poteſt, huiuſmodi conuulſiuam Paralyſim, non leuem, & fugacem, ſed fixam magnam, & contumacem fuiſſe, quod ex ſequentibus probatur.

Primò, quòd Paralyſis, quæ pertingit ad ſex menſes, ijs accenſenda eſt, quæ appellantur cronicæ, de quibus ſcriptum reliquit *Dolæus in Encyclopedia Medica liq. 1. cap. 11. pag.* 167. §. 12. quod iſtæ nec prima, bina, aùt trina die, luriſconſultorum phraſi vtens, terminantur, ſed per Annos etiam perdurant, & interdùm incurabiles euadunt, præſertim in mulieribus, quæ obſeruatore *Van-Helmontio de Lythiaſi cap. 9. num.* 63. abſque vlla præuia Apoplexia ad Paralyſim Viris ipſis ſolent eſſe procliuiores.

Secundò, quià Paralyſis, de qua ſermo eſt, fuit brachij, quæ curatu longè difficilior, & contumacior eſſe ſolet, quàm ſit Paralyſis Crurum, vt quotidiana doctus experientia nobis teſtatum reliquit præ alijs *Lazzarus Rinerius lib. 1. prax. cap. 5. pag.* 158.

Tertiò grauitas iſtius paralipſis ex complicatione cum ipſa Conuulſione euidenter reſultat; compoſitus etenim affactus difficilius vincitur, quam ſimplex. Vndè in puncto de Paralyſi iuncta Conuulſioni hæc ait Thomas Bartolinus in paraphraſi ad ſupracitatam hiſtoriam pag. 32. = *Augetur periculum vix euitandum, cum iuncta unum affligent, quæ ſingula ſolent iugulare ſingulos*.

Poſtremo diuerſæ illæ curationes, & multiplicia quà foris, quà intus adhibita pharmaca, nullum relinquunt dubitationi locum, quin huiuſmodi complicatus effectus grauis, magnique fuerit momenti; conſtat enim, quod tres Doctores Phiſici longo vtiquè temporis interuallo, ſed abſque vllo leuamine ipſam ægram curauerint, quæ *Summario num. primo pag.* 176. §. 1. ità deponit = *E furono chiamati li Medici, due di detto Terra di Piſciotta, uno di detti Medici era mio Fratello carnale &c., e l'altro Antonio Zampini = e detti Medici vi applicarono molti medicamenti purganti, & eſteriori continuamente per giorni, e meſi, venendo ogni di alla mia cura, e perche i medicamenti ſudetti non arriuano à farmi guarire, e migliorare, feſſimo chiamare un Medico di Salerno = Queſto anche vnitamente con gl'altri ordinarono altri medicamenti per bocca, & eſteriori, quali preſi reſpettiuamente ſi fecero, ma lazura non riuſci, perche io reſtai cionca, & attratta, conforme ero prima*.

Qua ſane in re dum cognito Ægram trium conſilio Medicorum tanto temporis ſpatio nihil planè profeciſſe, me continere nequeo, quin monear ad intelligendam, ac perpendendam vtramque partem ſequentis dubitationis; vel enim iſte morbus fuit à Medicis probè cogni-

gnitus, & curatus, & tunc tot remedijs reluctans parum ſpei dabat ſanationis, vt ex communi Practicorum ſententia cenſet *Manget. Bibioth. Med. titul. Paralyſis pag.* 708. *num.* 6. vel fuit malè cognitus, & curatus, & eo in caſu (vt prudentèr aduertit citatus *Doctor Sinibaldus*) ipſa quoquè in contrarium ad mota medicamenta illum contumaciorem reddiderunt.

Et quamquàm is non ſim, qui contrà veritatis Teſtimonia morbum hunc velim attollere, quò plus incerceſſioni B. Iacobi præſtitum fuiſſe videatur, ac propterea non exiſtimem eumdem fuiſſe omninò incurabilem, ac conclamatum, cum Ægra in flore Iuuentutis citrà vllam cacochymiam conſtituta nulla priùs Apoplexia tentata fuerit, in quo ſenſu Latinorum Hippocrates Celſus venit intelligendus cum *lib.*3. *cap.*27. particularem paralyſim ferè, non verò protinùs incurabilem eſſe fateatur, præſertìm ſi aliquandò tremor in affecta parte obſeruetur, qualis in Victoriæ brachio apparuiſſe dicitur in *Summario num.*2. *pag.* 177. *num.* 7. ibi = *Incominciò ſubito à tremare detto mio braccio*: Tremor enim paralyſi ſuperueniens bonus, vt præ cæteris probat *Sennertus prax. med. lib.primo par.*2. *cap.*27. *pag.*182. *num.*6.; Nihilominùs prò ipſa Scribens veritate ad id teneor candidè aſſerendum, ad quod Medicæ ducunt rationes, longaque me Artis praxis vrget, ſcilicèt compoſitum hunc ex conuulſione, & Paralyſi affectum, non fuiſſe leuem, ſed grauem, & contumacem, vt præcitatus fatetur *Bartolinus*.

Nequè intereà quis opponat inueniti quaſdam paralyſes, & conuulſiones breues, ac fugaces apud Scorbuticos, hyſtericas, & vinoſos, de quibus idem Sennertus vbi ſupra monet, quod citò curari ſoleant. Etenim non verſamur in caſu paralyſis à vaporoſa materia, quam citatus Auctor ſolo triduo ſanatam in Tonſore vidit. Sed hìc agimus de paralyſi poſt ſex menſes contumaci, quæ Iuuenem derepentè corripuit, nulla priùs hyſtericà, vel hypochondriacà paſſione detenta; quæ quidem paſſiones ex ſignis præaffecti vteri, aùt hypochondriorum ſolummodò cognoſci poterant, vt præ cæteris aduertit *Wedelius in diſſertatione de conuulſione pag.*14.; Sed cum iſthæc ſigna in *Summario* planè deſiderentur (ægra enim hilaris, iocoſa, nulloque menſtruorum, aùt vteri vitio diuexata deſcribitur) moneor, & obſtringor ad ſententiam ferendam de circumſtantijs, & cauſis morbi obuijs, patentibus, & euidentibus, animum intereà ab ideis planè immaginarijs omninò auertens; hoſtile namque, ſi non impium eſſet ex non exiſtentibus argumenta prò deſtruendo Miraculo velle deducere.

Tandèm in prima parte iſtius vòti examinandum propoſuimus tempus, celeritatem, vel breuitatem naturalis ſanationis iſtius ægritudinis, quæ diuerſo quidèm modo conſideranda venit à diuturnitate, vel breuitate totius curſus morbi: Fieri enim quandoquè poteſt, vt morbus alioquin longus breui finiatur, vt e. g. diuturnus dentis dolor, ex Carie dependens, ipſo auulſo, ſtatim ceſſat. Quemadmodùm ſecùs, & plerumque euenire ſolet, vt diuturna ægitudo lentè, non celeritèr, declinet, ac recedat.

Secundi autèm generis fuiſſe credendum eſt morbum, quo expoſita Victoria laborabat; is enìm in via naturæ citò, ſeù momento temporis ſolui non poterat, quod clarè patebit, ſi ſequentes rationes librentur.

Prima eſt, quod conuulſiua iſta paralyſis pendebat à cauſa fixa, intercepta, atque incuneata intrà muſculos eiuſdem brachij, quam talem fuiſſe teſtatur frigus illud, de quo ſub morbi initium ægra conquerebatur, quod,

vt

vt ſupra monuimus, indicabat concentrationem factam in lympha ſpirituum, ſeù partium volatilium, ad quorum rursùs diſſolutionem opus fuiſſet, vt natura, vel ars concretum, coactumque humorem rursùs volatilizzaret, ac liquaret, nec non liquatum per ſudoris potiſſimùm vias (vt hìc, accedente ſpeciali Dei concurſu, contigit) ad motum vrgeret, quæ quidem operationes fingi vtique in inſtanti poſſunt exequi tamèn non poſſunt.

Secundo longè ſplendidiùs huiuſmodi veritas eluceſcit ex quotidiana obſeruatione iſtiuſmodi ægrotantium, qui vtcumque opportunis, atque efficacibus remedijs, aut validiſſimo naturæ robore curentur, nuſquam derepente à ſtatu, ſeù vigore morbi tranſeunt in ſtatum perfectæ valetudinis, itaùt illæ etiam, quæ fugaces cum admiratione apud obſeruatores narrantur citò profligatæ paralyſes, ſempèr plùs minùſue triduo temporis æguerunt ad fugam, vt legere eſt apud *Sennertum loco ſupracitato, & Stephanum Blancardum prax. Medica tit. Paralyſi pag.*225., quo factum eſt, vt omnes Practici ſuis in Conſultationibus medelam iſtius morbi non vni fidant pharmaco, ſed ſimùl cataricis, diureticis, diaphoreticis; & ijs quidem non ſemel, aut bis, ſed per integros menſes diligentèr adhibitis.

At verò quoniàm iudicium perfectum, & abſolutum docente *D. Thoma* 3. *diſtint.*20. *artic.*5., ſumi debet de re conſiderata cum omnibus ſuis circumſtantijs, hinc Sanctitatem Veſtram humilitèr deprecor, vt infallibilem ſententiam laturus de validitate, ac releuantia iſtius miraculi ſub perſpicaciſſimis mentis ſuæ oculis ponat omnes circumſtantias, quæ in ſanatione iſtius ægra concurrerunt; Spero ſiquidèm futurum, vt in apertum veniat Deum Opt. Max. ægram hanc liberatam voluiſſe, dirigendo augendo, & accelerando naturalium cauſarum virtutem, quod in ſecunda parte oſtendendum propoſuimus.

Et quoniàm conſtat in Summario Victoriam Sannellam non paulatim, ſed illicò, & in inſtanti, erumpente ſimul magno, & copioſo ex affecto brachio ſudore, conualuiſſe. Verba ſunt ipſius Victoriæ *Summario num.*3. *pag.*179. §.12.= *E gridai grazia grazia = E tratanto per detto mio braccio ſiniſtro, e ſua mano vſcì vn ſudore così grande, che le goccie ſcorreuano à baſſo &c.* = Idcircò in ea verſor ſententia, vt huiuſmodi ſudor fuerit euacuatio illius met lymphæ, ſalibus Armoniaco nitroſis imbutæ, quæ vt ab initio ad brachij maſculos pertingens, ſtatumquè fixationis adepta, frigidum primò ſenſum, deindè conuulſiuam paralyſim produxiſſe probata eſt, ità rursùm diſſoluta idem frigus excitauit, ac tota, quanta erat, percutim excluſa morbum integrè perfectèque ſoluit.

Sed quando ſubitam iſtam, atquè iſtantaneam euacuationem cauſæ totius morbi meeum profundè reputo, facere non poſſum, quin clarè cognoſcam, & fatear hanc ex ſolo naturæ curſu contingere non potuiſſe, niſi extraordinarius Dei nutus ipſi naturæ benignitèr affulxiſſet.

Patet hoc, quia etiamſi quotquot ſunt Medici maioris Famæ conuulſiones, & Paralyſes, modò excitatis, modò ſpontè erumpentibus ſudoribus, ſanatas viderint, atque omnium primus Hippocrates in Coacis prænotionibus *ſect.*2. *num.* 270. inter modos ſanationis conuulſionum ſudores enumeret, nihilominùs ſudores in via naturæ non proficiunt, *niſi paulatim ſuboriantur*, vt idem docet Hippocrates; Sudores verò, qui confeſtim & vnica dumtaxat vice profluunt de contumaciſſimo hoc malo victoriam reportare minimè poſſunt; & ratio eſt, quia materia cronicas paralyſes, & conuulſiones producens eſt altè in muſculis incuneata,

ac

ac propterea vnico ictu solui tota, & excludi nequit, cum viæ sint angustissimæ, & profundæ, à quibus hærens humor difficulter euellitur. Atque hinc Practici in huiusmodi morbis, præmissis dejectorijs, & diureticis, tandem descendunt ad provocationem sudoris, qui, stuphis, aut consimilibus instrumentis excitatus, tunc solummodò iuuat, cum per integras hebdomadas continuatur; ità *Daniel Sennertus cit. loco pag.* 188. §. *Sudorifera*, scriptum reliquit = *non verò semel, sed sæpius, & bis, vel ter singulis septimanis utendum est*.

Vt verò sensus meos candidè aperiam, dissimulare non possum, Victoriæ liberationem multis concurrentibus naturalibus causis adscribendam esse, quæ, vt solitariæ, subitam illius sanationem efficere non poterant, ita, à Deo iuuatę, dictum factum affecto brachio motum, ac sensum restituerunt.

Prima verò & principalis causa, quæ ad coagulatæ in brachij musculis lymphæ dissolutionem conspirauit, fuit probabiliter solstitium æstiuum, in quo sanatio ipsa contigisse testatur Summarium. Morbi autem, vt aduertit Hippocrates (lib. de Aere, Aquis, & Locis num. 30. agens in puncto de Solstitijs, & Equinoctijs) *in ijs maximè diebus judicantur, alijque perimunt, alij verò desinunt &c.* Neque certè de istiusmodi solstitialium dierum energia vllo modo dubitandum esse videtur. Etenim si *Georg. Wolfgan. Wedelius apud Theophil. Benetum Med. Septen. tom.* 1. *tit. Paralysis cap.* 22. aduertit, ineunte vere, Paralysim citiùs, ac meliùs debellari, quantò faciliùs circà solstitium, validiori reddita Athmosphera, per majorem ascensum, & appropinquationem Solis ad Terraqueum Orbem, idem effectus debebit contingere!

Secundò. Mutatio etiam aeris, quæ in morbis longis efficax, apud Celsum, est Medicina, multum ad istius ægræ sanationem conferre potuit.

Tertiò, Nauigatio, & ipsa obiectorum in Magna Ciuitate Neapoli variatio, ac præsertim firma spes obtinendi gratiam à B. Iacobo ad eundem finem naturaliter conduxerunt; hæc enim Spiritibus animalibus, fibrisque totius Cerebri, talem vim imprimere valuerunt, ob quam concretam in brachij canaliculis & fibris lympham, valida pressione, ac turbatione commonere, dissoluere, liquare, ac proindè ad exitum per sudoris vias potuerunt disponere.

Sed hæc omnia quantumuis validissima fingantur, sola tamen integram, perfectamque illicò sanationem moliri non potuerunt. Habet enim, Beatissime Pater, suos natura ordines, facitque ægros, aut in ægris diuturnitate affectas partes non illicò, sed neutro intercedente statu resurgere. Sola potest particularis Dei gratia naturalibus causis talem vim impertiri, vt effectus, qui sensim, ac per vices contingere consueuerat, derepentè suboriatur.

Facit verò indubiam fidem concursus supernaturalis gratiæ ad sanationem Victoriæ, quod ex facto colligitur eandem in statu desperatæ creditæ valetudinis post tot, tantaque adhibita humana remedia Cælestem Archiatrum per intercessionem B. Iacobi summa cum fiducia, quantum potuit, confestìm adijt: Et quoniam oratio fidei seruat laborantem, & erigit eum Deus, hinc dum in recitatione Litaniarum ventum fuit ad versiculum = *Beate Iacobe ora pro ea* = illicò atque in instanti ęgra conualuit, &, quod super prodigium est, totas momentò recepit, nec amplius vires amisit, itaut brachium statim extendere, manumque non otiosam detinere, sed liberè digitos mouere, nutare, vimque cum illis

lis exercere potuerit. Verba ſunt Victoriæ *in Summ. nu.3. par.179. §.12.* = *Gridai grazia, grazia, e moſſi, e giocai il detto mio braccio ſiniſtro più volte, à viſta di tutti à poſta, per accertarmi, ſe haueuo hauuto la grazia perfettamente*, & infrà = *con l'iſteſſa mano guarita preſi vn'anella, che io teneuo nella mano dritta*.

In hac itaque ſanatione duæ illæ tantoperè ad Miraculorum probationem neceſſariæ inter ſe extremæ, & contrariæ circumſtantiæ, duobus ſibi ſtatim ſuccedentibus inſtantibus, euidenter, ac mirabilitèr emicuerunt, vigor nempè morbi, & vigor firmatæ valetudinis. Etenim Victoria priuſquam aſcenderet ſuper Altare B. Iacobi *Summar. num.2. pag.178. §. 10.* ità loquitur = *Il braccio ſtaua attaccato al mio petto &c.* = Quinimò cum primùm ſuprà illud conſcendiſſet, adhùc brachij attractionem experiebatur, ibi = *Io mi ſentij calare per il detto braccio attratto* = deindè verò apparuit vigor adeptæ, & firmatæ illicò ſalutis, cum vix, terminatis Litanijs, ægra clamauit = *Grazia, Grazia &c.* = & brachium vnà cum manu liberè mouit, vt plenè ſuperiùs expoſuimus.

De larga euacuatione, quàm hìc interfuiſſe probauimus, ſcrupulus aliquis ſupereſſe forſitàn poſſet, nimirùm, quod, cum omne Miraculum naturæ potentiam tranſcendere, & abſque vlla einſdem operatione contingere debere credatur, quotieſcumque conſtet in liberatione Sannellæ, copioſum ſudorem fluxiſſe, omne Miraculum, relicto dumtaxat mirabili, excludendum videretur,

Cui tamen dubitationi pleniſſimè ſatisfit, oſtendendo, quod non omnia Miracula (vt ex noſtris docet *Paulus Zacchia in conſil. Med. legal. conſ.4. num.1.*) tranſcendunt naturæ potentiam, cum aliqua excedant ſolummodò ſecundùm quid, nimirùm non quantùm ac id, quod fit, ſed quantùm ad id, in quo fit, hoc eſt excedunt quoad modum, & ordinem iuxtà doctrinam *D. Thomæ prima par. Summ. quæſt. 105. artic. vlt.* In noſtro autem caſu Miraculum fuit poſtremi generis, nempè in quo naturæ potentia ſuperata fuit non quoad id, quod factum eſt (fieri enim à natura cum tempore poterat) ſed quo ad modum, & quoad ſpatium temporis: Naturales namque cauſæ in ſanatione Victoriæ à Deo ſpecialitèr diſpoſitæ, & ordinatæ fuerunt, quipimò earum Virtus eouſque adaucta, vt illicò plenus, & abſque vlla recidiua ſanationis proceſſerit effectus, qui nonniſi paulatim produci produci poterat,

Iſtiuſmodi autem generis Miraculorum plura apud ſac. paginas exempla leguntur, in ſanatione nimirùm Lepræ Nahaman, aliorumque, ſed potiſſimùm Tobiæ, qui cum cæcitate ex panno, ſeù albugine laboraret, miſit Deus Angelum, vt ipſius oculos felle piſcis liniret, quo admoto = *Cæpit albugo ex oculis eius, quaſi membrana oui egredi* = videlicet in Tobia per media naturalia, ſel nempè piſcis, abſtergendi oculorum albugines virtute donatum, ſubita ipſius cauſæ habita eſt euacuatio = *& cæpit albugo egredi* = ſed proindè nemo erit, qui Tobiæ illuminationem vero Miraculo non adſcribat.

Victoriæ itaquè ſanatio, quamquàm ab expoſitis naturalibus cauſis produci potuerit, nihilominùs Creatori ipſius naturæ, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, meritò tribuenda videtur, quia lympha intrà brachij muſculos concreta, illicò, & in inſtauri tota nec diſſolui, nec excludi poterat, quin Deus Opt. Max. illarum cauſarum virtutes, quemadmodùm apud Tobiam, ità adauxiſſet, vt dictum factum operarentur.

Hæc ſanè, Beatiſſime Pater, dicenda habui nè in expoſitæ ſanationis cen-

ſura,

ſura, aut in Deum impius, aut in naturam iniurius videretur; eadem tamen ſupremo, nulloque errori obnoxio Tribunali Sanctitatis Veſtræ, ad Pedis oſcula deuolutus, humilitèr ſubſternit.

S. V.

Io: Maria Lanciſi
Medicus à Secretis.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromothor Fidei.

NEAPOLITANA

Canonizationis

BEATI IACOBI

DE MARCHIA

Ordinis Minorum Obſeruantiæ Sancti Franciſci.

Beatiſsime Pater.

AD remouendum omnes difficultates, quæ in huius celebris Cauſæ diſcuſſione adhùc ſupereſſe poſſent, opportunum viſum fuit, nonnulla adducere, quæ multùm contribuere videntur ad Intentum, & facilitare valent eius fauorabilem terminationem, pro qua enixè ſupplicatur.

Datur itaque in præſenti *Summario num.*1. Tabella Teſtium examinatorum in Ciuitate Neapolis in vim remiſſorialium expeditarum ab hac Sacra Congregatione ad probandum ea, quæ ſuperuenerunt poſt indultam Beato Iacobo Beatificationem, & in ea quoque deſcripti ſunt Teſtes adhibiti in Viſitatione Sepulchri, & recognitione Corporis eiuſdem Beati; Quæ licèt impreſſa fuerit in Poſitione data ſuper dubio Validitatis die prima Octobris 1701. *Summario n.*4. Attamèn cum non fuerit communicata Reuerendiſſimis Dominis Conſultoribus, quia in illa Congregatione non interueniunt, nùnc iterum exhibetur ad hoc, vt de eorumdem Teſtium numero, qualitate, aliiſque requiſitis ſe informare valeant.

Sicuti etiam ad eumdem effectum dantur in *Summar. num.*2. Litteræ reſponſiuæ eorumdem Iudicum Remiſſorialium, nempè Eminentiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi Neapolitani, & Reuerendiſſimorum Epiſcopi Fundani, & Maſſę Lubrenſis, tranſmiſſę de anno 1701. ad hanc Sacram Congregationem, vna cum alia Epiſtola Domini Nicolai Rotæ Suburomotoris Fidei ſcripta de eodem Anno Illuſtriſſimo, & Rmo Dño Promotori Fidei, in quibus pleniſſimum continetur Teſtimonium probitatis, & integritatis eorumdem Teſtium, qui à prædictis omnibus meruerunt laudari tanquàm Viri probi, Dei timorati, cultoreſque Veritatis, omniquè fide digni, & iſtæ Litteræ etiam impreſſæ fuerunt in prędicta Poſitione ſuper validitate in *Summ. num.*1.

Diximus in Congregatione Antipræparatoria, quòd primum, & ſecundum Miraculum incorruptionis, & flexibilitatis Corporis Beati,

quemadmodum etiam omnia alia Miracula patrata ab Altissimo ad eiusdem Intercessionem tàm in vita, quàm post mortem, indiuidualitèr specificata non fuerunt in Decreto Beatificationis edito die 12. Augusti 1624., fortasse ob ingentem eorum Copiam, quæ exprimi non poterat absque tędio longissimæ descriptionis, vt videre est in nostra Informatione data in Congregatione Antipræparatoria pag.4. §. Huiusmodi.

Verùm exindè inferri nequaquàm potest, quod prædicta duo Miracula non fuerint habita in Consideratione; Quin imò in Decreto Beatificationis expressè dictum fuit = constare de Miraculis tàm in Vita, quàm in Morte = & sic omninò præsumendum est ipsa quoque implicitè approbata fuisse, dum (respectu saltèm eorum, quæ successerunt post eius mortem) nullum magis obuium, certius, & spendidiùs emicare visum fuit.

Et profectò hæc præsumptio est fundatissima, quia cum mirabilis ista Incorruptio, & Flexibilitas Corporis Beati post annos 133. à die obitus eiusdem, denuńciata fuisset huic S. Congregationi, voluit de ipsa particularem sumere Informationem, mandando per suas litteras expeditas de anno 1609. Episcopis Nolano, & Viciaquen., vt solemnitèr, & cum omni possibili diligentia recognosci facerent statum huius Sacri Corporis, quod tàm ab ipsis, quàm ab innumeris Testibus, & Peritis ad hoc specialitèr electis, repertum fuit incorruptum, & flexibile, prout vnanimi voto omnes declararunt, vt patet ex integro actu recognitionis Iudicialitèr facto per eosdem Episcopos remissoriales relato in Summario Additionali Reuerendissimi Domini Promotoris impresso in Positione data in Congregatione Antipræparatoria num.1. pag.1. ad 7.

Dum igitur de prædictis duobus Miraculis Emanauerat plenissima, & Iudicialis probatio facta de ordine huius Sac. Congregationis; omnis ratio suadet, vt Censeantur fuisse comprehensa, & approbata in decreto Beatificationis paulo post emanato, dùm visa fuerunt probatione digna, & concludentissimè probata remanserant; Nil enim inutile, & supernacaneum à Supremis Tribunalibus fieri solet.

Hoc posito, cum multum interest habere illorum expressam descriptionem in Bulla Canonizationis, quam Deo annuente speramus obtinère; Ideò meritò nùnc instatur pro eorum specifica approbatione.

Nec releuat replicatio, quod si prædicta duo Miracula fuerunt tacitè comprehensa in decreto Beatificationis, ampliùs de ipsis non est agendum; Quia adhùc vrget rèsponsio quod non fuerunt specificè descripta, & sic totalitèr non receperunt mercedem suam; Præterquamquod continuatio eorumdem miraculorum ferè per aliud Seculum post emanatum prædictum decretum Beatificationis, est continuatum, & perenne miraculum, quod propterea particulari, & specifica indiget expressione, iuxtà commendabilem stylum huius Sacræ Congregationis, quæ in contingentia casuum pro vno miraculo separato, & distincto admittere solita fuit Incorruptionem, & pro alio perennitatem, & Continuationem eiusdem Miraculi, vt relato decreto emanato in Canonizatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis probauimus in Informatione pag.11. §. Et ita &c.

Et

Et quia ex deductis in eadem Positione in Summario super Tertio Miraculo odoris identidem spirantis ex Corpore Beati, locus fortasse remanere posset dubitandi an Iudices Remissoriales destinati ad recipiendas probationes super his, quæ superuenerunt post Beatificationem, habuerint Iurisdictionem visitandi Sepulchrum, & recognoscendi Corpus eiusdem Beati, quæ in litteris remissorialibus verè non legitur expressa; Ideò ad remouendum etiam hunc scrupulum, modò exibentur in *Summar. num.* 3. Litteræ huius Sac. Congregationis desuper particularitèr expeditę sub die 15. Aprilis 1700. existentes in Processu Remissoriali à fol. 993. ad 999. in quibus datur prædictis Iudicibus expressa facultas visitandi Sepulchrum, & recognoscendi, & describendi statum prædicti Corporis, quæ fuerunt admissæ, & repetitæ in forma, prout etiam enunciatum fuerat in nostra Informatione super dubio validitatis *pag.* 3. §. *Et deinde &c.*

Stante autem hac facultate rectè deuentum fuit ad descriptionem huius mirabilis odoris, quia pertinet ad statum dicti Corporis, illudque singulariter qualificat, & ex eo maximè quod odor iste non fuit articulatus, probatur eius superuenientia, nec potest absque debita laude præteriri, cùm passim hæc Sacra Congregatio illum inter Miracula recensere soleat, prout pluribus exemplis probatum fuit in prædicta nostra Informatione *pag.* 67. §. *Ideo &c.* & §. *Prout*.

Quatenus verò dubitari contingat an Corpus Beati in actu recognitionis extractum fuerit à Capsa, & Vrna, in qua asseruatur, ad remouendam omnem suspicionem, quod ibi immissum, & introductum fuerit aliquid odoriferum supplicamus aduertere, quod prædicta Capsa, seù Vrna non est in posse vnius tantum Parsonæ, sed quatuor obserata est clauibus, existentibus penes quatuor diuersas personas & vna extat penès Eminentiss. Archiepiscopum, vt probatum fuit in Summar. primi, & secundi Miraculi dato in Congregatione Antipræparatoria *n.* 3. *pag.* 7., & 8., & in responsione ad obiecta Reuerendiss. D. Promotoris *pag.* 8. §. *Post vero &c.*, & patet etiam ex rogitu Notarij facto pro descriptione Corporis Beati, in quo actu ipse refert traditam fuisse ab Emo Archiepiscopo clauem quæ pęnes ipsum asseruatur, vt legitur *in d. Summ. primi, & secundi Miraculi num.* 3. *pag.* 33. §. 2. Ideoque nil in ipsis introduci, aut innouari potest, nisi omnes vnanimiter in hanc fraudem consenserint, quod vtique non est præsumendum, nec dicendum.

Vlterirs omnes Periti voluerunt specialitèr, & diligentissimè recognoscere, an intus, vel extrà prædictam Arcam, & Vrnam, aliquid odoriferum immissum fuerit, & nihil repererunt, vt vnanimiter testati sunt in eorum relatione, & deindè latiùs in eorum formali examine, quod impressum extat *in Summar. super primo, & secundo Miraculo num.* 8. vbi secundus Peritus ita se expressit = *Nemo potuit clam parum ante odoris effusionem, olidum quid in aliquo loco abscondere, quia oculatissimi Testes ad operis usque finem ab actu non recesserunt, vt videre est pag.* 48. *d. Summ.* §. 9.

Cum qua depositione consonat etiam depositio tertij Periti relata *in eodem Summar. pag.* 52. §. 16. qui sic inquit = *Nec intra nec extra Sacrum Corpus aliquid olidum erat, nec in illo inuenimus* = Idemque generaliter retulerunt omnes alij Periti tàm in dicto Summar.

super

ſuper primo, & ſecundo Miraculo, quam etiam ſuper Tertio, vt videre eſt *à pag. 69. ad 79.* & latè, deductum fuit *in noſtra reſponſione data in Congregatione Antipreparatoria pag.* 14. §. *Quinimò*.

Quare ſi omnis magis exacta, & exquiſita diligentia ad hunc effectum adhibita fuit, non erat fortaſſe neceſſe ſeruare hanc vlteriorem ſolemnitatem extractionis ſcilicet Corporis Beati à loco vbi cuſtoditur, dum mediantibus alijs equiualentibus diligentijs idem effectus obtineri potuit, lex enim non curat de modo, dummodo ha-

beatur intentus, *Coccin. deciſ.* 143. *num.* 19., *& deciſ.* 621. *num.* 17. *par.* 18. *reuentior.*

Accedit, quod omnes Periti, ac etiam omnes Iudices, imò, & ipſemet Subpromotor Fidei concorditer depoſuerunt, quod odor ille, qui ex Beati Corpore in actu recognitionis ſpirauit, nulli humano ſimilis erat odori, vt legitur reſpectu Teſtium in prædictis Summarijs, necnon in noſtra reſponſione *pag.* 15. §. *Cæterum &c.*, *&* §. *Quinò &c.* Reſpectu verò Iudicum, & Subpromotoris *in hodierno Summar. num.* 2. Ex qua ſola circumſtantia hæc Sacra Congregatio excludendo cuiuſque naturalis odoris poſſibilitatem, reputauit ſupernaturalem odorem ſpirantem ex Corpore Diui Franciſci Xauerij, vt legitur *in Coeſtitution. ſan. mem. Vrbani VIII. pro eius Canon. Bulla* 3. *in ordine, Bullario vltimæ impreſſionis tom.* 5. *pag.* 17. §. 4. *column.* 2. *in principio* ibi = *& quamuis nullo odoramentorum genere curatum fuiſſet, Diuino tamen munere eam odorum fragrantiam ſpirabat, vt eſſet ſupra omnia aromata*.

Verum ex abundanti dicimus, quod etiam ex facto ceſſat iſta difficultas, quia Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, qui iam obijt, in præcitata Epiſtola ſcripta ad hanc Sac. Congregationem expreſſe teſtatus fuit, quod Corpus Beati in actu recognitionis (ſunt eius verba) = *Si tirò fuori dall' Arca per oſſeruarlo meglio* a Et nil omninò repertum fuit, prout probatum extitit in noſtra reſponſione *pag.* 16., *&* 17. §. *At quia &c.* & nunc etiam clarius iuſtificatur mediante reiterata exhibitione prædictæ eius Epiſtolæ, quæ habetur *in præſenti Summ. num.* 2. Et nè obici poſſit, quod alij Coniudices, & Notarius de huiuſmodi extractione nil dixerint. (Quamuis ſatis eſſe deberet quod contrarium non dixerint ad hoc vt d. Epiſcopo pleua fides ſit adhibenda;) Nihilominus ad maiorem facti comprobationem nunc addimus, quod Notarius veritate mortuos nuperrimè teſtatus fuit de prædicta extractione Corporis Beati, & de diligentijs factis in omni parte dictæ Arcæ, vt habetur *in hodierno Summario num.* 4.

Idemque etiam præſenſimus teſtatum fuiſſe ab Eminentiſs. Cardinali Cantelmo, & Reuerendiſs. Epiſcopo Fundano mediantibus eorum Epiſtolis ſcriptis Reuerendiſs. D. Promotori, ex quarum lectura omnis prorſus remouetur dubietas circa veritatem huius facti.

Quod ſi aduerſus probationem noni Miraculi, nemoè inſtantaneæ ſanationis Victoriæ Sanellæ ab Apoplexia, qua laborabat in brachio, & manu ſiniſtra, aliquod dubium inſurgeret, ex eo quod in Proceſſu remiſſoriali inſerta fuit quædam extraiudicialis atteſtatio ipſius Victoriæ continens originem, & narratiuam eius morbi, & ſubſequutæ ſanationis, quod videtur eſſe contra formam nouiſſimorum decretorum huius Sacræ Congregationis, in quibus

præ-

præſcribitur; quod extraiudiciales atteſtationes inſeri non poſſunt in Proceſſibus, nec vllo modo attendi debeant; prout incomparabili, ſolitaque ſua diligentia animaduerterat Rmus D. Promotor in Poſitione ſuper dubio validitatis §. *Eodem &c.* & ob id hæc Sacra Congregatio in reſolutione eiuſdem dubij ſub die prima Octobris 1701. reſcripſit = *de atteſtationibus Victoriæ Sanellæ, & Ianuarij de Biſogno, nullam eſſe habendam rationem.*

Facilitèr ſuperari poterit obiectum aduertendo, quod nunc non agitur de prædicta extraiudiciali atteſtatione Victoriæ, qua nolle vti expreſsè proteſtati fuimus in prædicta Poſitione ſuper dubio validitatis in noſtra Reſponſione §. *Tertio &c. cum duobus ſeqq.* ſed agitur de publico inſtrumento non contento in prædictis Decretis Generalibus, neque in Reſcripto Sacræ Congregationis, quod ſtipulatum fuit ad narrationem eiuſdem Victoriæ in Cappella Beati ſtatim poſt receptam gratiam coram eiſdem Notario, & Teſtibus, qui pro maiori parte præſentes fuerant Miraculo, quod quidem Inſtrumentum recentiſſimè per nos productum, ſcilicèt die 7. Ianuarij 1702. fuit acerrimè ventilatum à Rmo D. Promotore in eius Animaduerſionibus ſuper huiuſmodi nouo Miraculo, vt videre eſt *pag.* 24. *num.* 71, *cum duobus ſeqq.* Et quemadmodùm ei ſuffragari potuit ad firmauda obiecta, ità pariter ex motiuo æqualitatis in iudicio hinc indè omninò ſeruandæ, ſuffragari etiam debet Poſtulatoribus ad fundandam eorum intentionem.

Quamquàm circumſcripto etiàm hoc inſtrumento, probatio huius Miraculi cum omnibus ſuis circumſtantijs, & præcipuè deriſionis factæ à prædicta Victoria flexibilitatis Corporis Beati, concludentiſſimè probata remanet ex depoſitionibus plurium Teſtium, vt animaduerſum fuit in noſtra Informatione *pag.* 171. §. *Probatio &c. cum quatuor ſeqq.*, *& in Summario ad prædictum nonum Miraculum num.* 2. 3. 4. *& ſeqq. tot.* ex quibus res ponitur in claris, & in his principalitèr quoad probationem inſiſtimus.

Quià verò, vt audiuimus aliquam difficultatem excitauit aſſertio Notarij, emiſſa in acceſſu facto ad Sacriſtiam Beati Iacobi, qui poſt deſcriptas aliquas Reliquias eiuſdem Beati, quæ conſeruantur in quadam Arca, ſeù Armariolo exiſtente in Sacriſtia prædicta, ſua ſponte ſubdidit ſicuti *aliqui Libri manuſcripti, & aliæ Scripturæ, Memoriæ dicti Beati conſeruentur in dicta Sacriſtia*, vt habetur in *Summario primi, & ſecundi Miraculi dato in Congregatione antipræparatoria pag.* 35. §. 9. & 10. Supplicamus aduertere, quod Notarius in hac aſſertiua potuit falli, quià ex eodem inſtrumento non conſtat ipſum prædictas ſcripturas, ſeù libros tranſcurriſſe, & deſcripſiſſe quodque ipſe non dixit prædictos libros, & ſcripturas compoſitas fuiſſe à Beato Iacobo, ſed potiùs quod penès ipſum retinebantur pro memoria, vt ſonant prædicta eiuſdem verba, quæ de facto diuerſimodè non poſſunt intelligi, nàm cum de anno 1697 ab hac Sacra Congregatione commiſſæ fuiſſent Eminentiſſimo Domino Cardinali Cantelmo diligentię pro reperiendis omnibus operibus compoſitis à Beato Iacobo, quæ extare dicebantur in dicta Sacriſtia, in quodam Armariolo, repertus fuit huius generis dumtaxàt quidam liber manuſcriptus continens plures Tractatus, qui credebantur compoſiti à prædicto Beato, & delatus ad Sacram Congregationem, àc examinatus de eius ordine à pluribus Theologis

gis electis à cla.me. Card. Alterio tunc huius Causæ Ponente, visus fuit non obstare, ideoque sub die 12. Augusti 1698. ad relationem eiusdem Eminentissimi declaratum fuit posse signari commissionem reassumptiuam, prout de facto signata fuit à San. Mem. Innocentio XII. die 24. eiusdem mensis, vt per extensum legitur in Compendio Vitæ dicti Beati, dato in Congregatione Antipræparatoria *pag.* 4. §. *Subsequute*.

Hinc inter quatuor Testes adhibitos in prædicto Accessu ab Eminentissimo Domino Cardinali Cantelmo, examinatosque de eodem anno 1698. super existentia in dicta Sacristia Operum Beati Iacobi, examinatus etiam fuit Pater Ludouicus ab Auersa Sacrista Cappellæ d. Beati, & præcisè interrogatus, àn ibi extarent alia Opera eiusdem Beati præter librum superiùs enunciatum, negatiuè respondit, proùt fecerunt etiam reliqui tres Testes, vt videre est in præsenti *Summario num.* 5.

Cessatque prorsùs in hac parte omnis difficultas, quià nouissimè Dominus Promotor Fiscalis Curiæ Archiepiscop. Neapolis, & olim Subpromotor Fidei electus à Reuerendissimo Domino Promotore, iussu Eminentissimi Domini Cardinalis Cantelmi, ac Reuerendissimi Domini Episcopi Fundani, accessit ad Sacristiam Cappellæ Beati Iacobi cum Testibus, eodemque Notario (qui narratiuam prædictam emiserat, & sic occasionem habuit recognoscendi eiusdem insubsistentiam) & aperto dicto Armariolo vltra nonnullas Reliquias descriptas etiam in Accessu facto de anno 1700. qui habetur in dicto *Summario primi, & secundi Miraculi pag.* 35. nil aliud reperierunt, quam sequentes scripturas, quæ fuerunt distinctè specificatę, nempè sexdecim Brenia Pontificia partim directa eidem Beato, & partim post eius mortem expedita, & pertinentia ad Causam eius Beatificationis; Item quandam Compulsoriam expeditam de anno 1608. pro extractione nonnullarum scripturarum concernentium eandem Causam vna cum alia commissione expedita de anno 1609. pluraque alia scripta in carta papyracea pariter pertinentia ad eandem causam, cum quibusdam Epistolis directis ad Beatum tunc viuentem, factisque omnibus possibilibus diligentijs, nil aliud repertum fuit, & interrogatus dictus Pater Ludouicus à Subpromotore Fidei, àn vltrà prædicta ibi adessent alia scripta Beati Iacobi, respondit negatiuè, & juramento suum dictum confirmauit, & de prædictis omnibus confectum fuit publicum instrumentum, quod fuit productum in Actis Sacræ Congregationis, & datur in præsenti *Summario num.* 6.

Et sic cessare videntur omnes difficultates, & facilitata magis remanet fauorabilis huius Causæ resolutio.

Quarè &c.

Io: Baptista Lucinus Aduoc.
Io: Baptista Barberius.

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Tabella Teſtium data in Summario ſuper validitate Num.4.

pag. 13.

Num.Primo.

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
1	Nicolaus Gambacurta Neapolitanus, ætatis ſuæ annor. 30. Proc. fol. 135. à tergo.	Dic 14. Oct. 1699. Proc. fol. 106.	Die 9. Octobris 1699. Pr. fol. 84., & 85.	Die 14. Oct. 1699. Proc. fol. 106.	Die 16. Octob. 1699. Proc. fol. 134. ad fol. 151.
2	Ioſeph de Priſco Neapolitanus, ætatis ſuæ annor. 34. Proc. fol. 159. à tergo.	Dic dicta Proc. fol. 115. à tergo.	Dic dicta Proc. fol. eodem.	Dic dicta Proc. fol. 115.	Die 16. Nouembr. 1699. Proc. fol. 158. tergo ad fol. 174.
3	Ianuarius de Priſco Neapolitanus, ætatis ſuæ annor. 25. Proc. fol. 176. à tergo.	Dic dicta Proc. fol. 116. à tergo.	Die dicta fol. eodem.	Dic dicta Proc. fol. 116. à tergo.	Die 18. Nouembr. 1699. Proc. fol. 175. tergo ad fol. 200. tergo.
4	Nicolaus de Priſco Neapolitanus, ætatis ſuæ annor. 28. Proc. fol. 202.	Dic dicta Proc. fol. 115.	Dic dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 115.	Dic 25. Nouembr. 1699. Proc. fol. 201. tergo ad fol. 224.

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
5	Ioseph Antonius Cenatiempo Neapolitanus, ætatis suæ annor. 33. Proc. fol. 226.	Die 14. Oct. 1699. Proc. fol. 97.	Die 9. Oct. 1699. fol. 84. & 85.	Die 14. Oct. 1699. Proc. fol. 97.	Die 1. Decemb. 1699. Proc. fol. 225. ad fol. 250.
6	Ludouicus ab Auersa Sacerdos Professus Ordin. Minorum Obseru. S. Francisci, ætatis suæ annor. 59. Proc. fol. 252.	Die dicta Proc. fol. 123.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 123. à tergo.	Die 15. Decemb. 1699. Proc. fol. 251. ad fol. 331.
7	Thomas Beneincasa Neapolitanus, ætatis suæ annor. 79. Proc. fol. 333.	Die dicta Proc. fol. 97. tergo.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 98.	Die 27. Ianuarij 1700. Proc. fol. 332. ad fol. 353.
8	Rogerius de Federico Sacerdos Terræ S. Seuerini, ætatis suæ annor. 86. Proc. fol. 354. à tergo.	Die dicta Proc. fol. 101. à tergo.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc fol. 101.	Die 29. Ianuarij 1700. Proc. fol. 354. ad fol. 366.
9	Honuphrius Tizza Neapolitanus, ætatis suæ annor. 91. Proc. fol. 367. à tergo.	Die dicta Proc. fol. 95.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 95. à tergo.	Die 30. Ianuarij 1700. Proc. fol. 367. ad fol. 387. tergo.

	Nomen, Cognomen, & Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
10	Dominicus Turri Neapolitanus, ætatis ſuæ annorum 87. proc. fol. 389.	Die dicta proc. fol. 94.	Die dicta proceſ. fol. eodem.	Die dicta proceſ. fol. 94. à tergo.	Die 4. Februarij 1700. proc. fol. 388. ad fol. 411. tergo.
11	Ioannes Laurentius Mazzola Neapolitanus, ætatis ſuæ annorum 86. proc. fol. 414. à tergo.	Die 14. Oct. 1699. proc. fol. 202. ter.	Die 6. Oct. 1699. proceſ. fol. 102. tergo.	Die 14. Oct. 1699. proceſ. fol. 102. à tergo.	Die 8. Februarij 1700. proc. fol. 412. ad fol. 418. tergo.
12	Fr. Hyacinthus ab Auerſa Laicus Profeſſus Ord. Minorum Obſer. S. Franciſci, ætatis ſuæ annor. 59. proc. fol. 430. à tergo.	Die dicta proc. fol. 124.	Die dicta proceſ. fol. eodem.	Die dicta proceſ. fol. 124. à tergo.	Die 9. Februarij 1700. proc. fol. 429. tergo ad fol. 483.
13	Victoria Sannelli Terræ Piſciottæ, ætatis ſuæ annor. 54. proc. fol. 484. à tergo.	Die dicta proc. fol. 117.	Die dicta proceſ. fol. eodem.	Die dicta proceſ. fol. 117. à tergo.	Die 15. Februarij 1700. proc. fol. 484. ad fol. 504. tergo.
14	Bernardinus a S. Cipriano Sacerdos profeſſus Rel. Minorum Obſer. S. Franciſci, ætatis ſuæ annor. 53. proc. fol. 505. à tergo.	Die dicta proceſ. fol. 98. tergo.	Die dicta proceſ. fol. eodem.	Die dicta proceſ. fol. 99. tergo.	Die 17. Februarij 1700. proc. fol. 506. ad fol. 530. à tergo.

	Nomen, Cognomen, & Ætas.	Inductio.	Citatio	Iuramentum.	Examen.
15	Anna Catharina Cenatiempo Neapolitana ætatis ſuæ ann. 28. proceſs. fol. 532. à tergo.	Die dicta proc. fol. 100. ter.	Die dicta proc. eodem.	Die dicta pr. fol. 100. ter.	Die 26. Februarij 1700. fol. 531 ter. ad fol. 553. tergo.
16	Finus Antius de Ferrante Neapolitanus, ætatis ſuæ ann. 85. proceſ. fol. 538. ter.	Dicta die proc. fol. 103. ter.	Die dicta proc. fol. eodem.	Die dicta pr. fol. 103. terg.	Die 1. Martij 1700. fol. 551. ter. ad fol. 573. tergo.
17	Antonius Ruſtelli Neapolitanus, ætatis ſuæ annor. 40. proceſ. fol. 574. à tergo.	Die 14. Oct. 1699. proc. fol. 118. ter.	Die 9. Oct. 1699. proceſs. fol. 84 & 85.	Die 14. Oct. 1699. pr. fol. 118	Die 3. Martij 1700. proc. fol. 574. ad fol. 587.
18	Marcellinus à Medugno Ord. Minor. Obſerv. S. Franciſci de Terra Medugni ætatis ſuæ ann. 66. proceſs. fol. 588. ter.	Die dicta proc. fol. 119.	Die dicta proc. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 119. à ter	Die 6. Martij 700. proc. fol. 88. ad fol. 602. tergo.
19	Criſanto à Cajeta Sacerdos Profeſſus Ord. Minor. Obſerv. Sancti Franciſci Neapoli commorans, ætatis ſuæ annor. 61. proc. fol. 604.	Die dicta proc. fol. 99. ter.	Die dicta proc. fol. eodem.	Die dicta proceſ. fol. 100.	Die 8. Martij 1700. proc. fol. 603. ad fol. 628. tergo.

Nomen,

	Nomen, Cognomen, & Ætas.	Inductio.	Citatio	Iuramentum.	Examen.
20	Placidus Auellone Neapolitanus, ætatis suæ annor. 40. proc. fol. 629. à tergo.	Die dicta proc. fol. 95.	Die dicta proc. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 95. ter.	Die 11. Martij 1700. proc. fol. 629. ad fol. 652. tergo.
21	Decius Cauale-rio de Terra Rocchæ, ætatis suæ annor. 72. proc. fol. 654.	Die dicta proc. fol. 112.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 112. ter.	Die 17. Martij 1700. proc. fol. 653. ad fol. 673. tergo.
22	Antonius Auellone Neapolitanus, ætatis suæ annor. 24. proc. fol. 676. ter.	Die dicta proc. fol. 120.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 120. ter.	Die 20. Martij 1700. proc. fol. 676. ad fol. 696. tergo.
23	Petrus de Matheis Ciuitatis Cusentiæ, ætatis suæ annor. 46. proc. fol. 697. à tergo.	Die 14. Oct. 1699. proc. fol. 121.	Die 9. Oct. 1699. proc fol. 84. & 85.	Die 14. Oct. 1699. proc. fol. 121. à ter.	Die 23. Martij 1700. proc. fol. 697. ad fol. 709. tergo.
24	Carolus Fenia Neapolitanus, ætatis suæ annorum 72. proc. fol. 717.	Die dicta proc. fol. 92.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 92. à ter.	Die 24. Martij 1700. proc. fol. 716. ad fol. 729. tergo.

	Nomen, Cognomen, & Ætas,	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
25	Io: Baptiſta Giſmundus Barbarino de Terra Fabriani de Marchia de Ancona, ætatis ſuæ annor. 46. proc. fol. 731.	Die dicta proc. fol. 96.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta pr. fol. 96. à ter.	Die 24. Martij 1700. proc. fol. 736. ad fol. 755. tergo.
26	Soror Maria Thereſia Auellona, ætatis ſuæ annor. 34. proc. fol. 756.	Die 23. Martij 1700. proc fol. 712. t. & 713.	Die 23. Martij 1700. proc fol. 713. & 714.	Die 29. Martij 1700. proc fol. 749.	Die 31. Martij 1700. proc. fol. 750. ter. ad fol. 755. ter.
27	Antonius Natta Ciuitatis Militæ, ætatis ſuę annorum 64 proceſſ. fol. 767. à ter.	Die dicta proc. fol. 122.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 122. ter.	Die 2. Aprilis 1700. proc. fol. 767. ad fol. 779. tergo.
28	Caietanus Sanelli de Terra Piſciottę, ætatis ſuæ annor. 44. proc. fol. 780. à tergo.	Die dicta proc. fol. 197.	Die dicta pr. fol. eodem.	Die dicta proc. fol. 197.	Die 3. Aprilis 1700. proc. fol. 779. ter. ad fol. 798. ter.
29	Liuia Sanelli de Terra Piſciottæ, ætatis ſuæ annor. 49. proc. fol. 795.	Die 23. Martij 1700. proc fol. 104.	Die 23. Martij 1700. proc fol. 713. & 714.	Die 29. Martij 1700. proc fol. 104. t.	Die 19. Aprilis 1700. proc. fol. 794. ter. ad fol. 805. ter.

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
30	Ioſeph Soldano de Terra Caſtiglionis ætatis ſuæ annorũ 63. Proc. fol. 806. tergo.	Die dicta Proc. fol. 114.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 114. à ter.	Die 22. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 806. ad fol. 807. ter.
31	Magdalena Peres Neapolitana ætatis ſuæ ann. 40. Proc. fol. 819.	Die dicta Proc. fol. 105.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 105. ter.	Die 23. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 818. ter. ad fol. 829. ter.
32	Reuerendus D. Alexander Ambroſelli de Caſtro nouo ætatis ſuæ annorum 47. Proceſ. fol. 830. à ter.	Die dicta Proc. fol. 113.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 113. ter.	Die 24. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 829. ter. ad fol. 842. ter.
33	Reuerendus D. Marcus Antonius Cieri de Terra Celentinæ ætatis ſuæ ann. 50. Proceſ. fol. 843. à ter.	Die dicta Proc. fol. 109.	Die 9. Octobris 1699. fol. 84., & 85.	Die 14. Octobris 1699. Proceſ. fol. 110. à ter.	Die 26. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 843. ad fol. 855. ter.
34	Fr. Thomas à Neapoli Laicus Ordinis Minor. Obſeruantiæ S. Franciſci ætatis ſuæ ann. 52. Proceſ. fol. 856. à tergo.	Die dicta Proc. fol. 111. ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 111. ter.	Die 27. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 855. ter. ad fol. 888. ter.
35	Dominicus Violantes Neapolitanus ætatis ſuæ annorum 57. Proceſ. fol. 882.	Die 23. Martij 1700. Proceſ. fol. 107.	Die 9. Octobris 1699. Proceſ. fol. 84. & 85.	Die 14. Octobris 1699. Proceſ. fol. 107.	Die 29. Aprilis 1700. Proceſſ. fol. 881. ter. ad fol. 890.

Fran-

	Nomen, Cognomen, Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
36	Franciſcus Vvolo Neapolitanus ætatis ſuæ annor. 44. Proceſſ. fol. 891. à tergo.	Die dicta Proc. fol. 110. ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 110. ter.	Die 4. Maij 1700. Proc. fol. 891. ad fol. 912.
37	Magnificus Matthæus Caſaburi Doctor Phyſicus ætatis ſuæ annorum 41. Proceſſ. fol. 913. à ter.	Die dicta Proc. fol. 108. ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 109.	Die 6. Maij 1700. Proceſſ. fol. 912. ter. ad fol. 935. ter.

Tabella Teſtium Examinatorum ex Officio.

1 in Proc. 38.	Reu. D. Ianuarius Dauria Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Neapolitanæ, ætatis ſuæ ann. 60. Proceſ. fol. 939.	Die 17. Maij 1720. Proc. fol. 932. à ter.	Die 17. Maij 1700. Proc. fol. 933. ter., & 934. ter.	Die 19. Maij 1700. Proc. fol. 938.	Die 19. Maij 1700. Proceſſ. fol. 936. ter. ad fol. 954.
2 in Proc. 39.	R.D. Don Alonſus Caietano Nobil. Sacerdos Neapolit. ætatis ſuæ annorum 50 Proceſ. fol. 955. ter.	Die dicta Proc. fol. 932. à ter.	Die dicta Proc. fol. 932., & 933.	Die dicta Proc. fol. 938.	Die 19. Maij 1700. Proceſſ. fol. 954. à terg. ad fol. 969.

Sequuntur duo Teſtes ex Officio, de quibus in dicta Tabella ſuper validitate pag. 191.

Tabella

Litt.B.

Tabella Teſtium Examinatorum circa Viſitationem Sepulchri, & recognitionem, ac obſeruationem Corporis Beati Iacobi, data in Summario ſuper validitate litt.B. pag.20.

	Nomen, Cognomen, & Ætas.	Ioductio.	Citatio.	Iuramentum,	Exameo.
1 in Proc. 40.	Reu. D. Ioannes Aodreas Siquinus Vicarius Generalis Neapolitaous Proc. fol. 1055. a tergo.	Die 27. Maij 1700 Proc. fol. 979.	Die 27. Maij 1700 Proc. fol. 982. à ter. & 983. à ter.	Die 2. Iunij 1700. Proc. fol. 987.	Die 12. Iunij 1700. Proceſſu fol. 1055. ad fol. 1059.
2. in Proc. 41.	Admodum R. P. Don Ioannes Marciano Congregationis Oratorij ætatis ſuæ annor. 60. Proc. fol. 1060.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 974.	Die dicta Proc. fol. 988.	Die 12. Iunij 1700. Proc. fol. 1059. à ter. ad fol. 1065.
3 in Proc. 42.	Ill. D. Doo Aloyſius Capicius Galeota Caoonicus Neapolitaous ætatis ſuæ annor. 34. Proc. fol. 1066.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 987. à ter.	Die dicta Proc. fol. 1065. ad fol. 1073.

Tabella Teſtium Peritorum Examinatorum data, vt ſupra litt. C.

	Nomen, Cognomen, & Ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
1 in Proc. 43.	D. Carolus Prudente de Terra Montallæ Muſcanæ Diœceſis Artis Medicinæ, Chirurgiæ Doctor ætatis ſuæ ann. 52. Proc. fol. 1101. à ter.	Die 27. Maij 1700 Proc. fol. 979.	Die 27. Maij 1700. Proc. fol. 983. à ter.	Die 2. Iunij 1700. Proc. fol. 991. à ter.	Die 8. Martij 1701. Proceſſu fol 1120. à ter. ad 1120.
2 in Proc. 44.	Magnificus Ioſeph Seuerinus Neapolitanus ætatis ſuę ann. 45 Proc. f. 1121. ter	Die 27. Maij 1700 Proc. fol. 979.	Die 27. Maij 1700 Proc. fol. 983. à ter.	Die 2. Iunij 1700. Proc. fol. 989. à ter.	Die 16. Aprilis 1701. Proceſs. fol. 1121. ad 1132. à ter.
3 in Proc. 45.	Magnificus Thomas Moreſe Neapolitanus ætatis ſuæ an. 54. Proc. fol. 1133. à ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 991.	Die 19. Aprilis 1701. Proc. fol. 1132. ad 1142. à ter.
4 in Proc. 46.	Magnificus Ioannes Antonius Vitales Salernitanus ætatis ſuæ annor. 40. Proc. fol. 1143. ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 991.	Die 20. Aprilis 1701. Proceſs. fol. 1143. ad fol. 1155.
5 in Proc. 47.	Magnificus Dominicus Bonincontro Doctor Phyſicus de Nuceria Paganorſi ætatis ſuæ ann. 75. Proc. f. 1156	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 990.	Die 21. Aprilis 1701. Proceſs. fol. 1155. à ter. ad fol. 1168. à tergo.
6 in Proc. 48.	Magnificus Dominicus Parente Doctor Phyſicus Neapolitanus ætatis ſuę annor. 56. Proceſs. fol. 1169. à ter.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. eodem.	Die dicta Proc. fol. 990. à ter.	Die 22. Aprilis 1701. Proceſs. fol. 1169. ad fol. 1180.

Feris=

Foris = Ad Sacram Rituum Congregationem. Romam.

Loco † ſigilli.

Num. 2.
Litteræ reſpenſiuæ Eminentiſſ. D. Card. Cantelmi vnius ex Iudicibus dictæ Sacræ Congregationis, datæ in d. Samm. ſuper validitatem. 5. pag. 22.

Intus = Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Obſeruantiſſimi.

Quidquid E. V. præſcribere dignatæ ſunt litteris Remiſſorialibus pro conficiendo Proceſſu pertinente ad Canonizationem Beati Iacobi de Marchia Ordinis Sancti Franciſci Minorum Obſeruantium adamuſſim pro virili implere curaui vna cum Reuerendiſſimis Epiſcopis Coniudicibus delegatis, & in examine Teſtium, quos integritas, & probitas ſatis perſpecta, fide dignos reddunt, nihil omiſſum fuit pro eruenda veritate, atquè ſolidis probationibus elucidanda in viſitatione, ac perluſtratione Sacri Corporis præfati Beati prædicta die 2. menſis Iunij anni præteriti 1700. iuxtà formam à Sacra Congregatione præſcriptam, placuit Altiſſimo, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, nouum Sanctitatis ſpecimen oſtendere in dicto Beati Corpore, & quod non in exordio, ſed circa finem præfatæ functionis ſuauiſſimum efflauit odorem cum aliqnibus circumſtantijs recenſitis in examine Peritorum, & in teſtificatione à me, alijſque Epiſcopis authenticè porrecta, ſed vltrà teſtificari teneor, quòd manus meæ vltrà diem integrum contrectati Sac. Corporis odorem reddiderunt, atque ſudariolum, omnis priùs odoris expers adhibitum pro abſtergendo ſudore ex meo vultu, in obeunda functione emanata, tali mox, ac tanto odore fuiſſe imbutum, vt ſuperata excrementij humoris reſiſtentia, adhùc in præſentiarum poſt annum ſuauitatem aliquam, tamèn, et ſi diminutam præfati odoris retineat; verum multo magis Heroica dicti Beati Virtus, & Sanctitas, tamquàm Chriſti bonus odor, tùm in hac Vrbe, tùm per vniuerſum Regnum, & Marchiam Anconitanam, vbi natale ſolum fortitus eſt, longè, latèque diffunditur, & ob Miracula, & quamplurimas gratias eius interceſſione à Deo elargitas, tàm Religioſum ab omnibus exigit Cultum, & Venerationem, vt nemo ſit, qui fauorabilem pro Canonizatione à Sanctiſſimo Domino Noſtro, & iſta Sacra Congregatione declaratam enixis Votis non præſtoletur; Eo magis quia præfatus Beatus Iacobus ab anno 1623. intèr Sanctos Patronos huius Ciuitatis cooptatus fuit, einſque ſtatua argentea, quæ in Sacello Theſauri huius Cathedralis aſſeruatur; In ſolemnioribus Sacris Proceſſionibus ad fouendam Fidelium pietatem defertur; Hæc ſunt, quæ in tranſmittendo Proceſſu pro veritate recenſere debui, morem gerens mandatis E. V. quarum manus humillimè deoſculor. Die 14. menſis Iunij 1701.

EE. VV.

Humillimus, & Deuotiſſimus Seru.
Iacobus Card. Cantelmus Archiep. Neap.

Foris = Ad Sacram Rituum Congregationem. Vrbem.
Loco ✠ sigilli.

Similis Littera Reuerendiſs. Epiſcopi Fundani alterius Iudicis, data in Summario ſoliditatis p. 23. ſub lit. A.

Intus = Emi, & Rmi Domini Patroni Colendiſſimi.

Iuſſibus EE.VV. obtemperans, tùm in Informatione, tùm in abſolutione Proceſſus, & Cauſæ in ordinatione ad Canonizationem Beati Iacobi de Marchia Ordinis Sancti Franciſci Minorum Obſeruantium ſuper nouis Miraculis per interceſſionem, & poſt Beatificationem dicti Beati à Diuina Maieſtate editis tanquam vnus ex Coniudicibus Compulſorialibus, & Remiſſorialibus ad hoc Miniſterium deſignatus, tenor ex mei muneris obligatione EE.VV. priuatim certiores facere de ijs, quæ in dicto Proceſſu recognouerim, & quantum ad Teſtes examinatos aſſeueranter dicere debeo, quod eorum depoſitiones fidem indubiam promereantur, & ipſiſmet Teſtibus iuratis fidem certam adhibendam eſſe de ijs, quæ per eos depoſita ſunt, & in deponendo nihil me vidiſſe, & animaduerſiſſe, per quod eorum depoſitiones ſuſpectæ reddi poſſunt, pro quibus omnibus Teſtes prædictos integra fide, & auctoritate dignos eſſe cenſeo; Tandem obteſtor Populi deuotionem, non ſolum iſtius Ciuitatis, ſed etiam ferè totius Regni ergà dictum Beatum eſſe maximam ob conſtantem, & permanentem famam Miraculorum, aliarumque eximiarum gratiarum, quibus promoti Neapolitani ab anno 1623. elegerunt dictum Beatum in vnum ex Protectoribus, & Patronis eorum Ciuitatis, & ad eius maiorem Cultum, & honorem Statuam argenteam repoſuere in Inſigni Cappella *detta del Teſoro*. Intùs Metropolitanam Eccleſiam Neapolitanam, in qua pariter aſſeruantur aliæ Statuæ Patronorum Sanctorum dictæ Ciuitatis, quæ quidem Statuæ cum magna Veneratione, & Populi concurſu quot annis proceſſionaliter transfertur in primis Veſperis Feſtiuitatis dicti Beati ab Eccleſia Metropolitana ſupradicta in Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Noua Fratrum Ordinis Sancti Franciſci Minorum Obſeruantium, vbi requieſcit Sacrum Corpus dicti Beati honorificentiſſimè aecluſum Sepulchro. Pariter dicere debeo, quod tempore factus fuit acceſſus pro viſitatione dicti Sepulchri cum omnibus formalitatibus præſcriptis dictum Beati Corpus ſuauiſſimum aſſlauit odorem, qui fuit ſenſibilis, non ſolum omnibus Coniudicibus delegatis, & Fidei Subpromotoribus, verum etiam ſex Peritis electis pro tali functione, & ferè omnibus alijs Aſſiſtentibus, & prædictus odor non ſolum nares, ſed & manus affecit omnium Atteſtantium dicti Beati Corpus, & in meis manibus permanſit per ſpatium plurium horarum, vndè ab omnibus fuit exiſtimatus tanquam ſupernaturalis, & miraculoſus, ſicuti Ego miraculoſum indubiè exiſtimaui, & exiſtimo, prout diffuſiùs in publica atteſtatione facta ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Cantelmo, ab Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, & à me, Coniudicibus delegatis cum omnibus alijs circumſtantijs patet, & humiliter EE.VV. Sacras Purpuras deoſculor. Neapoli die 14. menſis Iunij 1701.

EE.VV.

Humil. & Addictiſs. Seruus
Matthæus Epiſcopus Fundanus.

Foris

Foris = All'Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Padroni, e Signori Colendiſſimi li Signori Cardinali della Sacra Congregatione de Riti.

Roma.

Loco ✠ ſigilli.

Intùs = Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Padroni, e Signori Colendiſſimi.

Eſſendo già terminato il Proceſſo ſopra la Canonizatione del Beato Giacomo della Marca commeſſo dall'EE.VV. all'Eminentiſſimo Sig. Cardinal Cantelmi Arciueſcouo di Napoli à me come Veſcouo di Maſſa Lubrenſe, & à Monſig. di Fondi, ſono con questa mia à teſtificargli, che per quanto s'è potuto nella fabrica d'eſſo, ſi ſono oſſeruate le coſe ordinate nelle Remiſſoriali, e preciſe d'hauer reputato li Teſtimonij eſaminati per Huomini d'integrità, bontà, e degni di fede, & hauerli anche ſtimati tali nell'atto dell'Eſame, e che la Deuotione de Populi verſo detto Beato non ſolo della Città di Napoli, mà anco nel Regno, è generale, e non ordinaria, come anco la fama, che gli corre de Miracoli, e d'eſſere vno de Protettorì d'eſſa Città di Napoli, per il che la ſua ſtatua con la Reliquia ſtà conſeruata nella Cappella del Teſoro della Chieſa Metropolitana di detta Città frà quelle degl'altri Protettori. Sono parimente à dar raguaglio all'Eminenze Voſtre, che in tempo ſi fece l'Acceſſo nel Sepolchro del ſudetto Beato con le ſue formalità, fù inteſo dal ſudetto Sig. Cardinale Cantelmi, e da noi altri Congiudici remiſſoriali, e da altri aſtanti, vn'odore di ſomma ſoauità, c'hauea non ſolo dell'Aromatico, ma gradi maggiori di fragranza; il qual odore fatto diligenza nella Caſſa del Depoſito del detto Beato doppo aperta, non ſi trouò d'onde poteſſe vſcire, perche era ſemplice, e ſenza niun vaſo, ò ſtrumento, che lo poteſſe conſeruare, anzi non s'inteſe, quando la detta Caſſa s'aprì, ne quando s'oſſeruò il Corpo di detto Beato, e ſi tirò fuori dall'Arca per oſſernarlo meglio, mà verſo la fine di detta funtione, e non ſolo fù inteſo col ſenſo dell'odorato, mà reſtò impreſſo nelle mani mie, e del ſudetto Monſig. di Fondi, che lo teſtificò per lo ſpatio di molte hore, & il ſudetto Eminentiſſimo Signor Cardinale Cantelmi fè paleſe, che egli tenendo il ſuo fazzoletto ſenza odore, mentre ſi faceua la detta oſſeruatione, & aſciugandoſi con quello i ſuoi ſudori, che l'vſciuano in copia per il caldo, che ſi ſentiua in quella Cappella, mentre ſi ritiraua in Caſa finita la detta funtione, inteſe con ſua marauiglia nel detto fazzoletto la ſudetta ſuauità d'odore, quanto più toſto douena renderlo di ſudori, e poi in confermatione di tal verità ſi degnò in alcune ſeſſioni del ſopradetto Proceſſo eſibire più volte à Noi Congiudici, & al Ren. Snppromotore della Fede, & al Notaro del Proceſſo il ſudetto fazzoletto, e farcelo odorare, che ſempre fù da tutti noi oſſeruato odorifero, come di ſopra, e reſtò in potere del medeſimo Eminentiſſimo, del che ſe ne fè atteſtatione per traſmetterſi col Proceſſo, alla quale mi ripor-

Similis litteræ Reuerendiſſimi Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis datæ in d. Summario pag. 24. litt. B.

19. all'EE. VV. umilmente prostrato bacio il Lembo della Sacra Porpora. Massa Lubrense 24. Maggio 1701.

Dell'EE. VV. Reuerendissime,

Vmilissimo Seruitore Obligatissimo, e Deuotissimo
Gio: Battista Vescouo di Massalubrense.

Foris = Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Obseruandissimo
Domino Prospero Bottinio Fidei Promotori,
Romam.

Loco † sigilli,

Littera D. Subpromotoris ad Reuerendiss. D. fidei Promotorem data in d. Sum. pag. 25. lit. C.

Intus = Illustris., & Reuerendiss. D. D. Obseruantissime,
Mandata tua exequendo, quibus fidei Subpromotorem me deputasti in constructione Processus nouorum Miraculorum ab Omnipotenti Deo factorum interceßione Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obseruantium Sancti Francisci de Assisio post eius Beatificationem in omni actu Causæ interfui, & fategi munus mihi iniunctum adamussim adimplere, omniaque contenta in litteris Remissorialibus, & Compulsorialibus à Sac. Rituum Congregatione expeditis credito tamen, si vires meæ suppetunt, fideliter obseruasse, quod iussisti, & circà Testes in Processu huiusmodi Causæ examinatos assero, vt vidi, & cognoui, tempore, quo iuramentum præstiterunt, & fuerunt interrogati, ac etiam quia antequàm examinarentur de eorum vita, opinione, fama, & alijs qualitatibus accuratè perquisiui, esse viros probos, honestos, & Dei timoratos, Cultoresque veritatis, & propterea omni fide dignos, insuper omittere non debeo, quod in visitatione habita Corporis supradicti Beati Iacobi sub die 2. Mensis Iunij elapsi anno 1700. cum interuentu Eminentiss. D. Cardinalis Cantelmi Archiepiscopi, & Illustrissimorum Dominorum Episcoporum Massæ Lubrensis, & Fundani Coniudicum ab eadem Sacra Congregatione Delegatorum circà finem Visitationis præfati Corporis Beati Iacobi sentij efflatum ex dicto Corpore quemdam iucundissimum odorem excedentem suauitatem cuiusuis naturalis odoris; Quem odorem etiam percepernnt omnes alij dictæ Visitationi adstantes, sicuti publicè eodem tempore fassi fuerunt. Hæc habeo Dominationi Tuæ Illustrissimæ exponere, & insimul enixum desiderium cæteris Tuis mandatis exibeo, vt valeam meum ostendere obsequium, & dum Tibi altiores gradus, ab Altissimo deprecor, humillimè colo.
Datum Neapoli die 13. Mensis Iunij 1701.
Dominationi Tuæ Illustris. & Reuerendiss.

Addictiss. Seruus Obsequiosissimus,

Canonicus Nicolaus Rota Curiæ Archiepiscopalis Neapolis Fisci Promotor, fidei Subpromotor, & in Tribunali S. Officij Aduocatus Fiscalis,

Alde-

Num. 3.

Litteræ conceſſæ pro Viſitatione Sepulchri, & deſcriptione Corporis B. Iacobi datæ in præſenti Poſitione ſuper Miraculis Sum. n. 3. primi, & ſecundi Miraculi pagina 31. §. 1

Alderanus Miſeratione Diuina Epiſcopus Oſtienſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Cybò, Sacri Collegij Decanus, ac Sacræ Rituum Congregationis Præfectus. Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Maſſæ Lubrenſis, Vici Equenſis, Caietano, & Fundano Iudicibus per dictam Sacram Congregationem, aliàs Delegatiſ, ac reſpectiuè ſubrogato, ſalutem in Domino. Nouerint Eminentia, & Amplitudines Veſtræ, quod prædicta Sacra Congregatio, poſt conceſſas litteras remiſſoriales ad effectum conficiendi in ipſa Ciuitate Neapolis proceſſum in ſpecie ſuper ijs, quæ ſuperuenerunt poſt indultam Veneration̄ Beato Iacobo de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci ad humillimas preces Poſtulatorum Cauſæ illius Canonizationis, ſub die 13. proximè præteriti Menſis Martij, cenſuit poſſe concedi facultatem viſitandi Sepulchrum, & recognoſcendi, & deſcribendi Corpus dicti Beati, dummodò huiuſmodi Viſitatio, & recognitio ſecrètè, ac ſeruatis ſeruandis fiat, nihilque licèt minimum à Sepulchro, & Corpore detrahatur, vel ijſdem addatur, vt in eius Reſcripto dicta die, emanato à Sanctiſſimo D. Noſtro Papa die 3. currentis Menſis approbato, & ſub infraſcripta die in actis infraſcripti Notarij, Cancellarij, & Archiuiſtæ producto huiuſmodi tenoris, videlicèt = Neapolitana = Canonizationis Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci. Conceſſis ad humillimas preces Poſtulatorum Cauſæ Canonizationis B. Iacobis de Marchia Menſibus elapſis, annuente etiam Sanctiſs. D. Noſtro Papa Innocentio Duodecimo à Sacrorum Rituum Congregatione litteris Remiſſorialibus prò conſtruendo Proceſſu authoritate Apoſtolica in Ciuitate Neapolis ſuper ijs, quæ ſuperuenerunt poſt indultam prædicto Beato Iacobo Veneration̄, Ijdem modo Poſtulatores ſibi impertiri facultatem viſitandi Sepulchrum, & reſpectiuè recognoſcendi, ac deſcribendi corpus eiuſdem Beati Sacræ Rituum Congregationi humilitèr ſupplicauerunt, & Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Myrenſi fidei Promotore, dummodò Viſitatio, & recognitio Corporis reſpectiuè, ſecretò, & ſeruatis ſeruandis fiat, nihilque licèt minimum à Sepulchro, & Corpore detrahatur, vel ijſdem addatur, petitas facultates cùm omnibus clauſulis in ſimilibus exprimi conſuetis poſſe concedi cenſuit, ſi Sanctiſſimo D. Noſtro viſum fuerit, die 13. Menſis Martij 1700. Et facta deindè de prædictis per me Secretarium Sanctiſſimo D. Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, die 3. Menſis Aprilis eiſdem anni 1700.

Alderanus Cardinalis Cybò.

Loco † Signi.

Bernardinus Inghiramj Sacræ Rituum Congreg. Secretarius.

Fidem

Num. 4. *Atteſtatio Notarij ſuper extractione Corporis B. Iacobi in actu recognitionis ab Arca, in qua cuſtoditur, vt ex publico Inſtrumento originaliter dato in manibus Ewin. D Card. Pontutis*

Fidem facio Ego infraſcriptus publicus Apoſtolica Authoritate Notarius, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Ordinarius Notarius, & Archiuiſta, & in conſtructione, & fabricatione Proceſſus Canonizationis Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci Notarius, & Actuarius deputatus ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo Neapolitano, & Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Don Io: Baptiſta Nepeta Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, & Domino Matthæo Gagliano Epiſcopo Fundano Iudicibus à Sac. Rituum Congregatione delegatis in huiuſmodi Cauſa, qualiter tempore viſitationis Sacri Corporis Beati Iacobi de Marchia peracta in eius Sacello exiſtente in Vener. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Noua eiuſdem Ordinis huius Ciuitatis ſub die ſecunda menſis Iunij anni 1700. à præfatis Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. Cardinali, & Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Iudicibus Delegatis præſentibus Admodum Reuerendo Domino Nicola Rota Promotore Fiſcali dictæ Curiæ Archiepiſcopali Neapolitanæ; & Fidei Subpromotore, meque infraſcripto Notario, Teſtibus, ac Peritis iuxtà formam præſcriptam à Sac. Rituum Congregatione obſeruatum fuit dictum Sac. Corpus Beati Iacobi de Marchia exiſtere in quadam Arca Marmorea ſuper Altare maius Sacelli prædicti Beati cum Criſtallo antè, benè clauſa quatuor Clauibus diuerſis. Quæ Area de ordine præfatorum Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Cantelmi Archiepiſcopi, & Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum Epiſcoporum Iudicum Delgatorum fuit in eorum præſentia aperta à parte anteriori, & ab ea amoto d. Cryſtallo fuit in ea Inuentum Sac. Corpus d. Beati Iacobi de Marchia collocatum Stratum in dicta Arca, Et ad hoc, vt Commodius inſpici, & obſeruari poſſet ab omnibus & à Peritis electis, & juratis, ac Teſtibus, mandauerunt præfati Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis, & Illuſtriſs. DD. Epiſcopi Iudices Delegati extrahi dictum Corpus Beati Iacobi à dicta Arca proùt diligentèr extractum fuit ab Admodum Reu. P. Fratre Antonio ab Auerſa Guardiano dicti Conuentus Sanctæ Mariæ de Noua, & repoſitum ſuper dictum Altare maius antè dictam Aream, & ibi etiam fuit dictum Sac. Corpus exutum Veſte, qua erat indutum, ac etam denudatum à præfato Admodum Reu. P. Fr. Antonio ab Auerſa Guardiano de ordine præfatorum DD. Iudicum in eorum præſentia aſſiſtentibus ſemper à principio vſque in finem præfatis Admodum Reu. D. Procuratore Fiſcali, & Fidei Subpromotore, meque Notario, Peritis, & Teſtibus, omnibus videntibus, & inſpicientibus. Et poſtquam fuit à præfatis DD. Iudicibus, Peritis, Fidei Promotore, Teſtibus, meque Notario deputato benè, & diligentèr viſum, & obſeruatum in omni Parte dictæ Arcæ, & in toto Corpore dicti Beati, Iterùm fuit indutum d. Sac. Corpus d. Beati Iacobi de Marchia eius Veſte, ac repoſitum, collocatumque in eadem Arca Marmorea, vbi per prius exiſtebat; Et deindè repoſito Cryſtallo prædicto antè dicta Arca fuit ſtatim Clauſa dicta Arca Marmorea quatuor Clauibus diuerſis, vnà cùm Claue præfati Eminentiſs., &

Reue-

Reuerendiſſimi Domini Cardinalis, quam Clauem penès ſe remanſit, & in fidem Ego D. Ianuarius Boſſius Sacerdos Neapolitanus publicus Apoſtolica Authoritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ adſcriptus, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Ordinarius Notarius, & Archiuiſta, & in huiuſmodi Cauſa Notarius, & Actuarius Deputatus hic me ſubſcripſi, & ſignaui requiſitus &c.

Loco ✠ Signi.

Sequitur legalitas in forma &c.

Num. 5.

Proceſſus Depoſitionum quatuor Teſtium examinatorum de anno 1698. in acceſſu facto ad Sacriſtiam B. Iacobi de ordine Sac. Congr. pro reperiendis, & extrahendis operibus B. Iacobi, & inter eos Fr. Ludouici ob Auerſa productis in S. Congr. die 28. Ian. 1698. cuius copia originalis datur in manibus Emin. D. Card. Ponentis.

Primus Teſtis d. Proc. fol. 5.

ſucceſſiuè, & incontinenti in d. Cappella Beati Iacobi, & coràm eodem Illuſtriſſimo Domino Generali Vicario Neapolitano Iudice deputato, & cum aſſiſtentia prædicti Admodum Reu. Domini Nicolai Rotæ Subpromotoris fidei.

Examinatus fuit Admodum Reu. Pater Pr. Angelus Maria à Neapoli Ordinis Minor. Obſer. &c.

Interrogatus à quanto tempore citra aſſeruarentur in Armariolo Sacrarij huius Cappellæ liber manuſcriptus ibi repertus, & Conſignatus Dominationi Suæ Illuſtriſſimæ ad præſentiam ipſius Examinati = Reſpondit &c. (*& omiſſis aliis ad rem non facien.*)

Interrogatus. An in dicto Armariolo fuerint vnquam aſſeruata aliqua alia opera manuſcripta habita prò operibus eiuſdem Beati Iacobi.

Reſpondit. Non hò mai ſentito, che in detto Armariolo vi ſiano ſtate ritenute altre opere credute del d. Beato Giacomo, nè che ne ſiano ſtate leuate.

Interrogatus. An in aliqua alia parte huius Eccleſiæ, vel Conuentus aſſeruentur aliqua alia opera dicti Beati Iacobi de Marchia, & quatenùs &c.

Reſpondit. In Neſſuna parte di queſta Chieſa, e Conuento ſi ritrouano altre opere del detto Beato Giacomo, e ſe vi foſſero io ſaprei di certo, nè mai hò ſaputo, che quì vi ſia ſtata altra opera, che quella contenuta nel ſopradetto libro conſeruato nel d. Armariolo nella Sacreſtia di d. Cappella conſegnato à V. S. Illuſtriſs. Tunc &c.

Ego Fr. Angelus Maria de Napoli Min. Prouincialis depoſui, vt ſupra.

Ioannes Andreas Siliquinus Vicarius Generalis, & Deputatus.

Ego D. Nicolaus Rota Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, & Fidei Subpromotor interfui.

Antonius Bottone Notarius Apoſtolicus Deputatus Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Actor Magiſter pro Curia.

Super ijſdem depoſuit in ſuo Examine Frater Ioſeph à Neapoli Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci ſecundus Teſtis d. Proc. fol. 6. terg.

Tertius Teſtis d. Proc. fol. 7. à tergo.

Examinatus fuit Fr. Ludouicus ab Auerſa &c. Sacriſta Cappellæ Beati &c., & depoſuit, vt infra,

Et omiſſis aliis ad rem non facien. &c.

Interrogatus, An in d. Armariolo fuerint vnquam aſſeruata aliqua alia

alia opera manuſcripta eiuſdem B. Iacobi.

Reſpondit. Io non sò, nè hò inteſo dire, che in d. Armariolo vi ſiano ſtate tenute altre opere credute del d. B. Giacomo, ne che ne ſiano ſtate leuate.

Interrogatus. An ſciat, vel ſaltem dici audiuerit ſi in aliqua alia parte huius Eccleſiæ, vel Conuentus aſſeruarentur aliqua alia opera dicti B. Iacobi de Marchia, & quatenus &c.

Reſpondit. Io sò beniſſimo, che in neſſuna parte di queſta Chieſa, e Conuento ſi ritrouano altre opere del detto Beato Giacomo, che ſe vi foſſero, Io certamente lo ſaprei, & altra non hà ſaputo, che vi ſia ſtata ſe non quella contenuta nel detto Libro conſeruato nel detto Armariolo dentro la detta Sacriſtia di d. Cappella, che è ſtato conſegnato, come di ſopra hò detto à V. S. Illuſtriſs. &c.

Super ijſdem depoſuit etiam Pater Antonius de Auerſa eiuſdem Ordinis &c. quartus Teſtis d. Proc. fol. 9.

Præſens Copia fuit extracta à ſuo proprio Originali proceſſu in hac Curia Archiepiſcopali Neapolitana ſiſten. cum quo facta Collatione &c. Dat. ex Palatio Archiepiſcopali Neapolitano die 11. Menſis Ianuarij 1698.

Antonius Bottone Notarius.

Sequitur legalitas in forma.

Num. 6.

Acceſſus ad Sacriſtiam Beati Iacobi factus ſub die 28. Iulii de anno 1702. de ordine Emi Cardinalis Cantelmi, & Rmi D. Epiſcopi Fundani pro deſcribendis omnibus ſcripturis, quæ aſſeruantur in d. Sacriſtia concernentibus memorias d. Beati, cuius Copia originalis dat. Em. D. Card. Penenti.

In Nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis vbique pateat euidentèr, & ſit notum, quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptingentesimo ſecundo, Indictione decima, die verò Veneris vigeſima octaua menſis Iulij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis Diuina Prouidentia Papæ XI. anno eius ſecundo feliciter Añ. Illuſtris, & Admodum Reuerendus Dominus Nicolaus Rota Canonicus Neapolitanus Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, ac Tribunalis S. Officij, Fiſci Patronus, & Fidei Subpromotor in Cauſa Canonizationis Beati Iacobi de Marchia, De mandato, & ordine Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Don Iacobi Sanctæ Romanæ Eccleſ. Presbyteri Cardinalis Cantelmi Archiepiſcopi Neapolitani, ac Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Matthæi Gagliani Epiſcopi Fundani Neapoli reſidentis Iudicum Delegatorum a Sac. Rit. Congregatione in ſupradicta Cauſa Canonizationis Beati Iacobi de Marchia, acceſſit vna mecum infraſcripto Notario Apoſtolico, & Archiuiſta Curiæ Archiepiſcopalis prædictæ, & Cauſæ prædictæ Actuario deputato, & Iurato, ac infraſcriptis Teſtibus ad Sacriſtiam Cappellæ dicti Beati Iacobi ſitæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Noua huius Ciuitatis Neapolis Ordinis Minorum Obſeruantium; Ibique reperto Reuerendo Patre, Fratre Ludouico ab Auerſa Sacriſta d. Cappellæ; Idem Dominus Canonicus iniunxit ei, quod indicaret, & exhiberet omnes Scripturas, quæ aſſeruantur in dicta Sacriſtia concernentes memorias dicti Beati Iacobi; Qui quidem

dem Pater Frater Ludouicus aperuit quoddam Armariolum, in quod est in pariete dictæ Sacristiæ, in quo conseruantur aliquæ reliquiæ dicti Beati Iacobi, nempè Biretum, Calix, Corda linea, Baculus, & nonnullæ petiolæ lineæ, seù fragmenta linea, intincta Sanguine dicti Beati Iacobi, & ex dicto Armariolo extraxit infrascriptas Scripturas, seù Breuia Pontificia in Carta pergamena scripta, quibus visis, lectis, & recognitis per præfatum Dominum Fidei Subpromotorem, mandauit illa per me Notarium registrari in huiusmodi Instrumento, & sunt tenores sequentis videlicet.

Vn Breue d'Eugenio Quarto, quale concede licenza al B. Giacomo di predicare in Vngaria, spedito in Roma sotto il primo Aprile 1438.

Vn Breue di Nicola Papa Quinto, quale ordina al B. Giacomo, che si trasferisca in Ascoli ad instanza della Communità di quella, spedito in Roma sotto li 23. di Decembre 1448.

Vn Breue di Nicola Papa Quinto, quale concede facoltà al detto B. Giacomo di predicare à Ferrara, spedito in Roma sotto li 27. di Marzo 1449.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale concede l'Indulgenza alla Chiesa della Madonna delle Gratie in Monte Brandone à richiesta del detto B. Giacomo, spedito in Roma sotto li 24. di Gennaro 1455.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede facoltà al detto Beato Giacomo di predicare la Cruciata in Spoleti, & altroue, spedito in Roma sotto li 8. di Decembre 1463.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede Indulgenza à tutti quelli, che dauano elemosine per il Suffidio della Cruciata, commessa al Beato Giacomo, spedito in Roma sotto li 25. di Maggio 1464.

Vn'altro Breue di Pio Papa Secondo, quale conferma l'Indulgenze concesse dal detto Beato Giacomo della Marca à tutti quelli che somministrano Elemosine per la Cruciata, spedito in Roma sotto li 4. di Giugno 1464.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede facoltà al Beato Giacomo della Marca di predicare à Perugia, spedito in Roma sotto li 15. Nouembre 1463.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda detto Beato Giacomo della Marca per Commissario in Vngaria, e Boemia per negotij della Santa Cruciata, spedito in Roma sotto li 17. di Maggio 1457.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda il Beato Giacomo della Marca à predicare in Vngaria, spedito in Roma sotto li 18. Maggio 1457.

Vn'altro Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda il Beato Giacomo della Marca legato in Vngaria, spedito in Roma sotto li 25. d'Ottobre 1457.

Vn Breue di Sisto Papa Quarto, spedito sopra la Canonizatione di S. Bonauentura, dato in Roma sotto li 15. di Gennaro 1475.

Breue di Leone Papa Decimo, quale concede Indulgenza à quelli ch'assistano alla Processione del Beato Giacomo la sera quando si can-

si canta l'Antifona Gemma Lucens &c. con il verſetto, ſpedito in Roma ſotto li 2. d'Agoſto 1515.

Breue di Clemente Papa Settimo, per il quale commette alli Veſcoui del Regno di Napoli ſopra l'Inquiſitione delle geſte del detto Beato Giacomo per la ſua Beatificatione, ſpedito in Roma ſotto li 17. di Gennaro 1524.

Vn'altro Breue di Clemente Papa Settimo, quale commette al Veſcouo d'Aſcoli, & altri l'Inquiſizione ſopra li geſta del detto Beato Giacomo per la ſua Beatificazione, ſpedito in Roma ſotto li 13. di Luglio 1525.

Vn Breue di Vrbano Papa Ottauo, ſpedito per la Beatificazione di detto Beato Giacomo, ſpedito in Roma ſotto li 12. Agoſto 1628.

Compulſoria della Sac. Congregazione de Riti per l'eſtrazzione di Scritture concernenti la Cauſa della Beatificazione di detto Beato Giacomo, ſpedita in Roma ſotto li 27. di Ottobre 1608. in Carta pergamena ſcritta con ſigillo pendente.

Vn' altra Commiſſione dell'iſteſſa Sac. Congregazione de Riti, ſpadita in Roma ſotto li 9. di Maggio 1609. in Carta pergamena ſcritta con ſigillo pendente.

Alcun'altre Scritture diuerſe in Carta Bombacina concernenti la medeſima Cauſa con qualche lettera ſcritta al detto Beato mentr' era viuente.

Et deindè præfatus Admodum Reuerendus Dominus Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis prædictæ, & Fidei Subpromotor interrogauit præfatum Patrem Fr. Ludouicum, an vltra prędicta Breuia, vt ſupra regiſtrata, & ſcripturas, adſint aliæ ſcripturæ in memoriam dicti Beati Iacobi.

Reſpondit dicens: Oltre delli ſopradetti Breui Pontificij regiſtrati, come di ſopra, Scritture, e Memorie, non vi ſono altre Scritture in memoria di detto Beato Giacomo della Marca, e queſto con giuramento l'atteſto, proùt iurauit. Et in fidem Ego D. Ianuarius Boſſius publicus Apoſtolica auctoritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ adſcriptus, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Notarius, & Archiuiſta, & in ſupradicta Cauſa Notarius, & Actuarius deputatus præſens Inſtrumentum publicum confeci Neapoli ſub Anno, Menſe, Die, Indictione, Loco, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus Admodum RR. DD. Nicolao de Dominico Pauperum Patrono dictæ Curiæ Archiepiſcopalis, R. D. Nicolao Pandolfo, R. D. Franciſco de Luca, & alijs pro Teſtibus ad prædicta vocatis, habitis, atque rogatis, & in fidem hic me ſubſcripſi, & ſignaui requiſitus.

Loco ✠ Signi.

Sequitur legalitas in forma.

Loco ✠ Sigilli.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Ioannes Zucchærinius Subpromotor Fidei

F. M. Archiepiſcopus Iconien. Sac. Rit. Congregationis Secretarius

NEAPOLITANA CANONIZATIONIS B. IACOBI DE MARCHIA Ordinis Minorum Obſeruantiæ S. FRANCISCI

BEATISSIME PATER.

EXpedit ad puritatem Catholicę fidei confirmanda, & Hæreticorum prauitatem confundendam, Sacros Diuorum Faſtus, nouis interdum Sanctorum nominibus amplificare; Non ſolùm, vt Chriſtifideles Orthodoxæ Eccleſiæ fertilitatem in ſucceſſiua, & nunquàm deficienti eius ſobole admirentur, quæ ipſius peculiaris nota, & ſignum eſt, vt inter Recentiores doctiſſime probat Pater *Luchefin. in Demonſtrata Impiorum Inſania lib.2.ſign.8.*, & dixerat *Bozius de ſign.Eccleſ. tom.primo lib.7. pag.240.*, & 251. vbi ſeriatim enumerando Viros Sanctitate inſignes, qui in quolibet ſæculo floruerunt, ſpecialem mentionem fecit Beati Iacobi de Marchia, à cuius eximia Sanctitate, & Doctrina quartum ſæculum illuſtratum fuiſſe teſtatur.

Verùm etiam, vt eiuſdem Eccleſiæ Hoſtes, & ſignanter Hæretici, ac Sciſmatici, qui ex ſuis nullum Sanctum oſtentare poſſunt, hanc mirabilem fæcunditatem in eius prole, ac palmitibus auerſi, quamuis oculis videant, & inuideant.

Præcipuè tamen id exigere videntur improſpera naſcentis huius ſæculi exordia, multipliceſque calamitates, quæ magna voce clamant, vt Militantis Eccleſiæ augeantur præſidia, nouaque Chriſtifidelibus Sanctitatis proponantur exempla; quibus tanquàm recentibus ſtimulis, acriùs ad bonorum operum excitentur imitationem, & multiplicatis Interceſſoribus, dum eorum memoria in Benedictione renouatur, & excellentibus meritis, excellens rependitur honor, laudeſque offeruntur Altiſſimo, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, promptiùs illius iram placare valeant.

Sanè hoc honore meritò decorandus videtur Beatus Iacobus de Marchia à san.me. Vrbano VIII. vsque de anno 1624. iam Beatificatus, qui summa cum pietate, vitæque austeritate, summam doctrinam, mirabilem prudentiam, profundamque rerum agibilium experientiam coniunxit, & potens opere, ac sermone, à pluribus Principibus, ac Romanis Pontificibus, arduis in negocijs incessanter adhibitus, non in Italia solùm, verùm etiam in Hungaria, Bohemia, totaque Germania, semper rem vtilem gessit Ecclesiæ, semperque contra eius Hostes pugnauit, ferè 250.m. ex ipsis ad veram fidem reducendo, & vbique faciendo prodigia, & signa magno in Populo, & adhuc post mortem, eius Nomen inuocantibus præstò semper fuit, itaut ipsi quoque adaptari possint verba Ecclesiastici *cap.48. n.15.* = *Hic in vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.*

Mirabilia profectò, Sanctissime Pater, Beatus Iacobus operatus est, etiam post mortem, & signanter post ei indultam Beatificationem. Ex pluribus cumulatis in Processu Remissoriali, duodecim ad exigentiam causæ selecta fuerunt, quibus eius fama graditur ad instar Solis in Cælesti Zodiaco per duodecim signa decurrentis. Vt videre est in Positione data super hisce Miraculis, eiusque Memoriali Additionali ex gratia reassumendis, quæ in Congregatione Antipræparatoria, & Præparatoria amplissimè discussa fuerunt, & nunc infallibili Sanctitatis Vestræ Iudicio humiliter subijciuntur.

Pro primo itaque Miraculo se offert Sacri eius Corporis Incorruptio post 227. annos à die eius obitus adhuc inuiolata, & intacta, excluso prorsùs quocumque artificio apto ad illud sic conseruandum; imò cum existentia partium de facili corruptibilium, nempè cerebri, ac mollis, & turgidæ oculorum substantiæ, & cum Pilis in facie, quasi recenter tonsis, & colore rubro in vultu, quæ profectò qualitates, & signa mortuo non conueniunt, & vlteriùs prædictum Corpus est etiam tractabile, & flexibile, & sæpissimè à Religiosis mouetur, eleuatur, spoliatur, nouisque Vestibus induitur, absque vlla partium disjunctione, vel inclinatione. Nil mirùm igitur, si perspecta, attentèque considerata huius Sacri Corporis Incorruptione, & flexibilitate, Eminentiss. Cardinalis Vrsinus Archiepiscopus Beneuentanus in accessu facto ad Cappellam Beati, publicè ac palàm in hæc verba prorupit = *Questo basterebbe à conuertire tutti gli Eretici del Mondo* = Quod ratificauit etiam in duabus Epistolis directis ad Reuerendiss. D. Promotorem i & in alia sua speciali attestatione datis in Responsione ad eius Animaduersiones *Summ. Addit. num. 1.*

Pro secundo Miraculo proponitur continuatio Primi; Nam si naturalia principia quolibet momento instar pro cuiuscumque individui destructione & in hoc Sac. Corpore remanent, adhuc, vt præmissum fuit, quædam partes flaccescentes, molles, & vnctuosæ, quæ alterari, fermentari, & in putredinem faciliter abire possunt, necesse est, quòd etiam obstatiua superioris generis intenta ad illud preseruandum quolibet momento resistant, hostemque repellant; Et quemadmodùm in quolibet momento fit pugna, ita in quolibet etiam momento renouetur Victoria; qua ratione in Cau-

ſa Canonizationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis pro vno Miraculo admiſſa fuit Incorruptio, & pro alio eiuſdem continuatio, vt legitur in Poſitione ad probationem ſecundi Miraculi, & in *Reſponſione pag.* 11. *&* 12.

Pro Tertio Miraculo adducitur mirabilis illa fragrantia nullo humano ſimilis odori ex Beati Corpore identidem ſpirans, & lætificans, ac ſpirituali quodam gaudio inebrians Mentes, & Corda Adſtantium, quæ ab omnibus Iudicibus, Teſtibus, Peritis, imò ab ipſomet Subpromotore Fidei ſenſibiliter percepta fuit in fine Viſitationis prædicti Sacri Corporis factæ de ordine huius Sacræ Congregationis.

Non obſtante tamen, quòd à prædictis factæ fuerint omnes poſſibiles diligentiæ ad effectum recognoſcendi, an intùs Vrnam, vbi iacet Corpus Beati, quæ ſemper quatnor diuerſis clauibus eſt obſerata, vel extrà, aut propè aliqua materia odorifera imiſſa, & retenta fuiſſet, & ſignanter à primo Perito, qui non contentus obſeruatione inſimul cum aliis facta, obtenta ab Eminentiſſimo Iudice particulari licentia, voluit ſeorſim omnia iterùm attentiùs perquirere, & recognoſcere, & nil prorsùs inuenit, certiorque exindè cum ſuis Collegbis factus fuit de veritate huius Miraculi, vt legitur in eiuſdem Relatione *Summar. num.* 1. *pag.* 69. §. *Reſpondit. Io hò ſtimato &c.* Prout etiam à ſecundo Perito, qui ſex fundatiſſimis rationibus concludentiſſimè probauit, Odorem illum nullo humano artificio procuratum fuiſſe, ſed omninò eſſe ſupernaturalem, & Cæleſtem, vt videre eſt in *Summario primi, & ſecundi Miraculi num.* 8. §. 8. *pag.* 47. *& ſeq.*

Nihilominùs à nonnullis ex Sapientiſſimis Conſultoribus adhuc deſiderabatur, quod in prædicta Viſitatione Corpus Beati extractum fuiſſet ab Vrna, vt commodiùs perquiri, & inſpici poſſet, an in ea aliquid aromaticum, ſi non ante, in actu ſaltèm eiuſdem Viſitationis clàm eſſet introductum.

Verùm inter alias, à quibus per æquipollens idem potuit ſequi effectus, iſta quoque non defuit diligentia. Nam conſtat in facto, quod Beati Corpus extractum, amotumque fuit ex Area, & extenſum ſuper Altare, ad hoc, vt omnia commodiùs inſpici poſſent, vt expreſsè teſtatus fuit Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in Epiſtola ſcripta ad hanc Sacram Congregationem, quæ habetur in *Summario* Tertij Miraculi *num.* 3. *pag.* 82., & dixerat etiam Notarius in Inſtrumento Recognitionis relato in *Summario primi, & ſecundi Miraculi num.* 3. *pag.* 54. vbi habentur hæc verba = *Viderunt Corpus dicti Beati Iacobi de Marchia, illudque tetigerunt, palpauerunt, amouerunt, & extollerunt, & totas ipſius partes à capite vſque ad pedes* = Notandaque ſunt verba illa = *Amouerunt, & extollerunt* = quorum primum vulgari idiomate ſignificat *rimouere* = vt ex Ethymo huius vocis, ac authoritate Plauti, & Terentij explicat Calepinus ſuper hoc verbo, ad differentiam verbi = *Mouerunt* = quod ſignificat motionem, non remotionem; Secundum verò, nempè = *Extollerunt à capite uſque ad pedes* = demonſtrat accuratiſſimam diligentiam factam in huiuſmodi perquiſitione, & non ſolùm dicti Corporis mirabilem Incorruptionem, quòd ex tali motu non abijt in Cinerem; Verum etiam

eius flexibilitatem, dum tàm facilè tractari substinuit.

Prædictaque nitidiora redduntur ex alia successiua declaratione facta ab eodem Notario, cuius copia per extensum data fuit in *Summario Memorialis Additionalis num.4.* ac ex particulari Epistola scripta ab Episcopo Fundano, & clar. mem. Cardinali Cantelmo Reuerendissimo D. Promotori, & demùm ex alia ab eodem scripta huic Sacræ Congregationi sub die 2. Septembris 1702. quæ vt audiuimus per extensum lecta fuit ab Eminentissimo Causæ Ponentis in Congregatione Præparatoria, itaut quæuis dubietas circà veritatem huius Facti cessare omninò videatur.

Nec obstat Decretum huius Sacræ Congregationis de non coadiuuandis probationibus, quià substantia huius Facti plenè resultat ex prædicto publico Instrumento rogato in actu recognitionis, & insimùl ex supradicta Epistola Episcopi Massæ Lubrensis, quæ cùm sit inserta in Processu Remissoriali, eiusdem pars est, eodemque iure, quo cætera acta iudicari debet; aliæ verò Epistolæ, quæ posteà superuenerunt, & nouissima ipsiusmet Notarij attestatio se habent per modum declarationis eorum, quæ actui insunt, & sic nil de nouo addunt, nec nouam constituunt probationem, vt in his terminis docet *Text. in l. adeò* §. *Cum quis ff. de acquir. rer. domin. l. Hæredes palàm* §. *Primo ff. de Testam. Rota dec. 262. num. 26. par. 19. ret.*

Quod pariter occasione magni litigij inter Latinos, & Græcos sub Eugenio IV. ob particulam = *Filioque* = additam Symbolo Apostolico, dictum, admissumque fuit in Concilio Ferrariensi, & Florentino, vt latè videre est apud Episcopum Nucerinum in sua Historia Vniuersali Conciliorum *parte prima pagina* 741. *numero* 13.

Non obstat replicatio, quod huiusmodi Miracula perspecta esse potuerint ante Beatificationem huius Serui Dei factam ab Vrbano Octauo de Anno 1624., quodque proindè censeri debent comprehensa in Decreto Beatificationis, itaut amplius non sint consideranda, præcipuè quià antiqua, & non superuenta; Etenim nec ipsa, nec vlla alia Miracula fuerunt expressa in prædicto Decreto, fortasse ob innumerabilem eorum copiam, solumque in confuso dictum fuit *Constare de Miraculis tàm in Vita, quàm in Morte* = Ideoque merentur nunc indiuidualitèr approbari ad hoc vt specificari possint in Bulla Canonizationis, quàm Deo annuente obtinere speramus; Tantò magis quia continuatio eorumdem Miraculorum per 80. ferè annos post emanatum dictum Beatificationis Decretum, est nouum, & successiuum Miraculum, vt superiùs dictum fuit *in* §. *Pro secundo* quod propterèa specialem exigit expressionem.

Quo verò ad Odorem, qui in vltima visitatione spirauit ex Corpore Beati, & ab omnibus sensibiliter perceptus fuit, vt nouum testimonium esset eius maximæ cum Christi Corpore affinitatis, & coniunctionis, cum non sit perpetuus, sed temporarius, quoties spirat, nouum constituit Miraculum, prout passim nouo Miraculo tribuitur quæcumque noua ebullitio Sanguinis Diui Ianuarij, vel effusio ex Brachiis Diui Nicolai de Tolentino, ideoque nouam pariter, ac specialem requirit expressionem.

Quarti

Quarti Miraculi locum obtinet liberatio Ciuitatis Neapolis in Veſſuniano Incendio de anno 1631., ab ignito Globo, qui ex imis Montis viſceribus ſurrexerat, & primam ferè Regionem aeris ſupergreſſus, Afflictæ Ciuitati iam iam deuoraturus imminebat, ſed ad Inuocationem Nominis Beati Iacobi, adaſpectum eius Sacri Corporis, ſtatim data benedictione cum eius manu, reſtitit, retroceſſit, motuque contrario in proximum mare propulſatus, deiectuſque fuit.

Nec ſubſiſtit, quod hoc Miraculum patratum fuerit ad Interceſſionem Diui Ianuarii, in cuius memoriam fit annua Proceſſio, quæ præcisè intitulatur = *del Patrocinio di S. Gennaro*.

Etenim eſt aduertendum, quod primi motus Veſſuuii incæperunt die 12. Decembris 1631., eruptio autem flammarum ſecuta fuit die 16. eiuſdem, eademque die fuit facta Solemnis Proceſſio, cum delatione Capitis, & Sangulnis Sancti Ianuarij, & tunc ceſſarunt (vt dicunt Teſtes) *le Laue di Fuoco*, ſed qnia adhùc perſiſtebat Machina Incendiaria, imò in dies magis augebatur, totalem Ciuitatis comminando ſubuerſionem; ideò expediens viſum fuit die 19. eiuſdem recurrere ad Interceſſionem Beati Iacobi, cuius Corpus cunctis comitantibus Ordinibus, & Miniſtris Ciuitatis, ipſoque met Eminentiſſimo Archiepiſcopo, & Excellentiſſimo Prorege excalceato, proceſſionalitèr delatum fuit ad Pontem Magdalenæ, & ſtatim data benedictione cum eiuſdem Brachio; Machina illa adeò minax, & horrenda ſe proiecit in Mare, & Ciuitas totalitèr ab ineuitabili, & imminenti periculo liberata remanſit, ità omnes Teſtes, ſed præceteris Decimus datus *in Summario ſuper Quarto Miraculo nu. 1. pag. 92. & 95. & XI. pag. 99. & 101.*

Et quidem ſuperfluum omninò fuiſſet hanc ſecundam, & ità ſolemnem ordinare Proceſſionem, ſi mediante alia priùs facta cum Reliquiis Sancti Ianuarii, Machina illa propulſata fuiſſet, & Cauſa, tàm Iuſti timoris pænitùs ceſſaſſet, vt patet ad ſenſum. Meritò igitur vnicuique ſuam tribuendo mercedem ad honorem Sancti Ianuarii, qui die 16. repreſſit Torrentes Igneos, inſtituta fuit prædicta annua Proceſſio, quæ eadem die 16. Decembris fieri ſolet; & in honorem B. Iacobi, qui tam ſpecialem partem habuit in liberatione Ciuitatis, opuſque integrè compleuit, eadem Ciuitas in fornice Cappellæ pingere fecit prædictæ Proceſſionis, & fugientis Globi Imaginem; Et inſuper Electi eiuſdem Ciuitatis exindè ſumpſerunt occaſionem ſollicitandi apud Cardinalem Columnam eiuſdem Beati Canonizationem, vt patet ex Epiſtola ab ipſis ſcripta dicto Eminentiſſimo in principio anni 1632., in qua ità ſe expreſſerunt = *Eſſendo dunque ſtata* (loquitur de Ciuitate) *con particolar benefizio protetta in queſte orrevoli anguſtie del Veſſuuio, e particolarmente aſſicurata nell'uſcita in Proceſſione del Corpo del Beato Giacomo della Marca ſuo Protettore &c.* = prout videre eſt *in Summ. Additionali reſponſionis ad Animadverſiones Reverendiſſimi Domini Promotoris Numero Vnico pag. 34.* Quod paritèr confirmarunt in duabus aliis Epiſtolis tunc ſcriptis Card. Sãcti Honuphrii, & Caetano, quæ oſtenſæ fuerunt Reuerendiſſimo

Domino Promotori, & originalitèr facta earumdem debita recognitione, dantur in manibus Eminentiſſimi Domini Ponentis.

Neque ex quo venti inſurrexerint, dum Globus ille proiectus fuit in mare quidquam detrahi poteſt Releuantiæ Miraculi; Nam cum ipſi ſpirare cæperint, eò temporis momento, quo Corpus Beati ad aſpectum Globi delatum fuerat, eiuſque Brachium aduersùs ipſum eleuabatur, vt benedicendo de eo triumpharet, & dum tota Ciuitas plorans, & genuflexa eius Interceſſionem inuocabat, quis attentis his circumſtantiis, non videt actum cauſatum fuiſſe non à ventis tanquam Cauſa naturali, ſed ab eius virtute, à quà *ipſi* excitari fuerunt tanquam Cauſæ ſæcundæ, & famulatrices?

Nouumque non eſt, quod Diuina Omnipotentia, cui omnia ſubſunt, in patrandis Miraculis identidem vtatur mediis humanis, & Naturalibus, & ſignantèr Miniſterio Ventorum, ſed exindè non læditur Releuantia, nec immutatur Natura Miraculorum; hinc quando filii Iſrael fugiebant iram Pharaonis, Dominus Ventorum incurſione Mare rubrum vertit in ſiccum *Exod. Cap.* 14. *num.* 21., & quando præſeruauit Azzariam, & Socios in Fornace Babilonica, fecit medium fornacis quaſi Ventum Rotis flantem *Daniel. Cap.* 13. *num.* 49. *&* 50.

Et quod ſimiliùs eſt caſui noſtro habemus *Exod. Cap.* 10. *num.* 13. quod Moyſes = *extendit virgam ſuper Terram Ægypti, & Dominus induxit ventum Vrentem tota illa die, & nocte, & mane facto, ventus Vrens levavit locuſtas* = *Et infra num.* 18. = *Egreſſus Moyſes de conſpectu Pharaonis oravit Dominum, qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſſimum, & areptam locuſtam proiecit in Mare Rubrum*=Moyſes itaque orat, venti ſpirant, locuſta proiicitur in Mare; Orat etiam Beatus Iacobus, ventus exoritur, & globus procidit *in* Mare; Sed vt proijciantur locuſtæ, tota die, ac nocte ventus ſpirat, vt propulſetur globus inſtantanea Ventorum ſufficit inſurrectio; quemadmodum igitur Miraculo, & non ventis tributa fuit locuſtarum eiectio, quia Venti non mouebantur à Cauſa naturali, ſed à potenti manu Dei, nec dominabantur, ſed inſerviebant, ità paritèr Miraculoſa cenſeri debet huius globi in Mare præcipitatio, quia ſucceſſit, dum Beati Corpus apparuit, & invocabatur eius Interceſſio, & quod magis vrget, illicò, & inſtantaneè.

Cæterum ſi concurſus Cauſarum ſecundarum derogare poſſet ſubſtantiæ Miraculi, Tobias viſum recuperaſſet, abſque Miraculo, quia felle Piſcis uſus eſt, & Cæcus Euangelicus nil Saluatoris noſtro debuiſſet, quia Collirium ex Luto, & Saliua ſuper eius oculis *impoſuit*, & naturalis, non Miraculoſus cenſeri poſſet Terremotus factus in ipſius obitu; eiuſque Sanctorum, veluti Martinæ, Paulini, & Venantij, & tamen Eccleſia eos Miraculoſos reputat, celebratque in Euangelio, & reſpectiuè in eorum lectionibus, & quidèm meritò, quia ad dignoſcendum, an actus iſti, in quibus media humana interueniunt, ſint Miraculoſi, vel naturales ponderari debet, an talia media principalitèr, vel ſecunda-

cundariò agant, quod decidi, ac determinari vnicè poteſt ex circumſtantijs, quæ in caſu noſtro clarè demonſtrant imperio hominis, Deo annuente, Ventos & Naturam humiliter paruiſſe.

Conſtituit Quintum, & Sextum Miraculum repetita liberatio Nicolai Gambacurtæ à Cæcitate in vtroque Oculo, quæ incæpit ab Opthalmia, ſed ob humorum copiam craſſitiemque degeneranit in quandam ſpeciem Guttæ Serenæ, & deindè in Cataractam, ac Pterigium ſeù Vnguem Oculorum, cum non modica carnis excreſcentiâ, etiam extrinſecùs ei adnata; Morbus iſte ſic complicatus, ſeù potiùs Ilias Morborum à pluribus Medicis, & Chirurgis diù, ſed fruſtrà curata, & tandem ab omnibus iudicata incurabilis, ad Interceſsionem Beati Iacobi, qui in Vigilia ſuæ Feſtiuitatis Patienti inter ſomnum apparuit, quaſi vltrò ſuum offerens Patrocinium, illicò, & in inſtanti deuicta, & propulſata fuit, rediitque tamen ſtatim ac Gambacurta victus ab importunitate vnius Periti, qui antea eum curauerat, paſſus fuit, quod applicaretur in Oculo Siniſtro quædam Paſta ad pœnitùs delenda omnia Morbi ueſtigia, & ſic Diuinis miſcerentur humana; Quæ noua Cæcitas ita ſuperuenta nouo Miraculo omninò tribuenda videtur, vtpotè de Cælo proueniens in pœnam diffidentiæ, & ingratitudinis ergà Beatum exercitæ; Sed quod mirabilius, illicò, ac inſtantaneè iterum euanuit, poſt ritè, palam, ac publicè petitam veniam, vt totum Beato Iacobo tribueretur, ad cuius Cappellam Gambacurta, & Vxor in Teſtimonium gratitudinis Anathema ſuarum veſtium depoſuerunt.

Huiuſmodi Miraculorum releuantia vindicata remanet ab omnibus difficultatibus excitatis à Reuerendiſſimo Domino Promotore, ex latè deductis in Informatione, & reſponſione ad ſuas egregias Animaduerſiones, vbi *pag.37. §. Quod verò &c.* reſponſum ſignanter fuit ad obiectum, quod utraque Cæcitatis Sanatio prouenire potuerit à lacrymis effuſis à Gambacurta in Cappella Beati; Quidquid enim ſit, an ſimplex Opthalmia lacrymis ſolui poſſit; Illud certum eſt, quod in Morbis adauctæ materiæ, lacrymæ nihil proficiunt, ideoque ad diſſipandum Cataractas, Pterigium, Carniſque excreſcentiam, ſunt prorsùs inutiles, prout in caſu noſtro optimè demonſtravit euentus; Nam Gambacurta ſuam Cæcitatem die, ac nocte ſemper fleuit, ſed plorando nihil prorsùs eam mitigauit, & in prima Sanatione lacrymæ non interfuerunt niſi poſt receptam gratiam, tunc profluentes = *per tenerezza. e gratitudine* = vt dixit in ſuo formali examine idem Gambacurta relatus in *Summario pagina* 114. §. 12., & in ſecunda anteceſſerunt, quia ipſe fleuit ſuum errorem totum mane *pagina* 115. §. 15., abſque tamen vllo fructu; Et ſic prima ſanatio lacrymas non expectauit, ſed præuenit; Secundam vero ipſæ præuenerunt, ſed fruſtrà; Vt vtroque caſu lacrymas inutiles [illegible] probaretur; Et vtramque Sanationem à Diuina Omnipo[illegible]nterceſſionem Beati vnicè proveniſſe.

Quod ſi ex qualitate Medicamentor[illegible]nt in curandis hiis Morbis deduci poſſe[illegible]runt, ex-

29 all'EE. VV. umilmente prostrato bacio il Lembo della Sacra Porpora. Massa Lubrense 24. Maggio 1701.

Dell'EE. VV. Reuerendissime,

Vmilissimo Seruitore Obligatissimo, e Deuotissimo
Gio: Battista Vescouo di Massalubrense.

Foris = Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Obseruandissimo
Domino Prospero Bottinio Fidei Promotori,
Romam.

Loco ✝ sigilli.

Littera D. Subpromotoris ad Reuerendiss. D. fidei Promotorem data in d. Sum. pag. 25. lit. C.

Intus = Illustriss., & Reuerendiss. D. D. Obseruantissime,
Mandata tua exequendo, quibus fidei Subpromotorem me deputasti in constructione Processus nouorum Miraculorum ab Omnipotenti Deo factorum intercessione Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obseruantium Sancti Francisci de Assisio post eius Beatificationem in omni actu Causæ interfui, & fategi munus mihi iniunctum adamussim adimplere, omniaque contenta in litteris Remissorialibus, & Compulsorialibus à Sac. Rituum Congregatione expeditis credito tamen, si vires meæ suppetunt, fideliter obseruasse, quod iussisti, & circà Testes in Processu huiusmodi Causæ examinatos assero, vt vidi, & cognoui, tempore, quo iuramentum præstiterunt, & fuerunt interrogati, ac etiam quia antequàm examinarentur de eorum vita, opinione, fama, & alijs qualitatibus accuratè perquisiui, esse viros probos, honestos, & Dei timoratos, Cultoresque veritatis, & propterea omni fide dignos, insuper omittere non debeo, quod in visitatione habita Corporis supradicti Beati Iacobi sub die 2. Mensis Iunij elapsi anno 1700. cum interuentu Emioentiss. D. Cardinalis Cantelmi Archiepiscopi, & Illustrissimorum Dominorum Episcoporum Massæ Lubrensis, & Fundani Coniudicum ab eadem Sacra Congregatione Delegatorum circà finem Visitationis præfati Corporis Beati Iacobi sentij efflatum ex dicto Corpore quemdam iucundissimum odorem excedentem suauitatem cuiusuis naturalis odoris; Quem odorem etiam percepérunt omnes alij dictæ Visitationi adstantes, sicuti publicè eodem tempore fassi fuerunt. Hæc habeo Dominationi Tuæ Illustrissimæ exponere, & insimul enixum desiderium ceteris Tuis mandatis exibeo, vt valeam meum ostendere obsequium, & dum Tibi altiores gradus, ab Altissimo deprecor, humillimè colo.
Datum Neapoli die 13. Mensis Iunij 1701.
Dominationi Tuæ Illustris. & Reuerendis.

Addictiss. Seruus Obsequiosissimus,

Canonicus Nicolaus Rota Curiæ Archiepiscopalis Neapolis Fisci Promotor, fidei Subpromotor, & in Tribunali S. Officij Aduocatus Fiscalis,

Alde-

Num. 3.

Litteræ conceſſæ pro Viſitatione Sepulchri, & deſcriptione Corporis B. Iacobi datæ in præſenti Poſitione ſuper Miraculis Sum. n. 3. primi, & ſecundi Miraculi pagina 31. §. 1.

Alderanus Miſeratione Diuina Epiſcopus Oſtienſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Cybò, Sacri Collegij Decanus, ac Sacræ Rituum Congregationis Præfectus. Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Maſſæ Lubrenſis, Vici Equenſis, Caietano, & Fundano Iudicibus per dictam Sacram Congregationem, aliàs Delegatiſ, ac reſpectiuè ſubrogato, ſalutem in Domino. Nouerint Eminentia, & Amplitudines Veſtræ, quod prædicta Sacra Congregatio, poſt conceſſas litteras remiſſoriales ad effectum conficiendi in ipſa Ciuitate Neapolis proceſſum in ſpecie ſuper ijs, quæ ſuperuenerunt poſt indultam Veneration Beato Iacobo de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci ad humillimas preces Poſtulatorum Cauſæ illius Canonizationis, ſub die 13. proximè præteriti Menſis Martij, cenſuit poſſe concedi facultatem viſitandi Sepulchrum, & recognoſcendi, & deſcribendi Corpus dicti Beati, dummodò huiuſmodi Viſitatio, & recognitio ſecretè, ac ſeruatis ſeruandis fiat, nihilque licèt minimum à Sepulchro, & Corpore detrahatur, vel ijſdem addatur, vt in eius Reſcripto dicta die emanato à Sanctiſſimo D. Noſtro Papa die 3. currentis Menſis approbato, & ſub infraſcripta die in actis infraſcripti Notarij, Cancellarij, & Archiuiſtæ producto huiuſmodi tenoris, videlicet = Neapolitana = Canonizationis Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci. Conceſſis ad humillimas preces Poſtulatorum Cauſæ Canonizationis B. Iacobis de Marchia Menſibus elapſis, annuente etiam Sanctiſſ. D. Noſtro Papa Innocentio Duodecimo à Sacrorum Rituum Congregatione litteris Remiſſorialibus prò conſtruendo Proceſſu authoritate Apoſtolica in Ciuitate Neapolis ſuper ijs, quæ ſuperuenerunt poſt indultam prædicto Beato Iacobo Veneration, Ijdem modo Poſtulatores ſibi impertiri facultatem viſitandi Sepulchrum, & reſpectiuè recognoſcendi, ac deſcribendi corpus eiuſdem Beati Sacræ Rituum Congregationi humilitèr ſupplicauerunt, & Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Myrenſi fidei Promotore, dummodò Viſitatio, & recognitio Corporis reſpectiuè, ſecretò, & ſeruatis ſeruandis fiat, nihilque licèt minimum à Sepulchro, & Corpore detrahatur, vel ijſdem addatur, petitas facultates cùm omnibus clauſulis in ſimilibus exprimi conſuetis poſſe concedi cenſuit, ſi Sanctiſſimo D. Noſtro viſum fuerit, die 13. Menſis Martij 1700. Et facta deindè de prædictis per me Secretarium Sanctiſſimo D. Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, die 3. Menſis Aprilis eiſdem anni 1700.

Alderanus Cardinalis Cybò.

Loco † ſigni.

Bernardinus Inghirami Sacræ Rituum Congreg. Secretarius.

Fidem

Num. 4. *Atteſtatio Notarij ſuper extractione Corporis B. Iacobi in actu recognitionis ab Arca, in qua cuſtoditur, vt ex publico Inſtrumento originaliter dato in manibus Ewin. D Card. Pontutis*

Fidem facio Ego infraſcriptus publicus Apoſtolica Authoritate Notarius, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Ordinarius Notarius, & Archiuiſta, & in conſtructione, & fabricatione Proceſſus Canonizationis Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci Notarius, & Actuarius deputatus ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo Neapolitano, & Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Don Io: Baptiſta Nepeta Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, & Domino Matthæo Gagliano Epiſcopo Fundano Iudicibus à Sac. Rituum Congregatione delegatis in huiuſmodi Cauſa, qualiter tempore viſitationis Sacri Corporis Beati Iacobi de Marchia peracta in eius Sacello exiſtente in Vener. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Noua eiuſdem Ordinis huius Ciuitatis ſub die ſecunda menſis Iunij anni 1700. à præfatis Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. Cardinali, & Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Iudicibus Delegatis præſentibus Admodum Reuerendo Domino Nicola Rota Promotore Fiſcali dictæ Curiæ Archiepiſcopali Neapolitanæ; & Fidei Subpromotore, meque infraſcripto Notario, Teſtibus, ac Peritis iuxtà formam præſcriptam à Sac. Rituum Congregatione obſeruatum fuit dictum Sac. Corpus Beati Iacobi de Marchia exiſtere in quadam Arca Marmorea ſuper Altare maius Sacelli prædicti Beati cum Criſtallo antè, benè clauſa quatuor Clauibus diuerſis. Quæ Area de ordine præfatorum Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Cantelmi Archiepiſcopi, & Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum Epiſcoporum Iudicum Delgatorum fuit in eorum præſentia aperta à parte anteriori, & ab ea amoto d. Cryſtallo fuit in ea Inuentum Sac. Corpus d. Beati Iacobi de Marchia collocatum Stratum in dicta Arca, Et ad hoc, vt Commodius inſpici, & obſeruari poſſet ab omnibus & à Peritis electis, & Iuratis, ac Teſtibus, mandauerunt præfati Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis, & Illuſtriſs. DD. Epiſcopi Iudices Delegati extrahi dictum Corpus Beati Iacobi à dicta Arca prout diligenter extractum fuit ab Admodum Reu. P. Fratre Antonio ab Auerſa Guardiano dicti Conuentus Sanctæ Mariæ de Noua, & repoſitum ſuper dictum Altare maius antè dictam Aream, & ibi etiam fuit dictum Sac. Corpus exutum Veſte, qua erat indutum, ac etam denudatum à præfato Admodum Reu. P. Fr. Antonio ab Auerſa Guardiano de ordine præfatorum DD. Iudicum in eorum præſentia aſſiſtentibus ſemper à principio vſque in finem præfatis Admodum Reu. D. Procuratore Fiſcali, & Fidei Subpromotore, meque Notario, Peritis, & Teſtibus, omnibus videntibus, & inſpicientibus. Et poſtquam fuit à præfatis DD. Iudicibus, Peritis, Fidei Promotore, Teſtibus, meque Notario deputato benè, & diligenter viſum, & obſeruatum in omni Parte dictæ Arcæ, & in toto Corpore dicti Beati, Iterùm fuit indutum d. Sac. Corpus d. Beati Iacobi de Marchia eius Veſte, ac repoſitum, collocatumque in eadem Area Marmorea, vbi per prius exiſtebat; Et deindè repoſito Cryſtallo prædicto antè dicta Arca fuit ſtatim Clauſa dicta Arca Marmorea quatuor Clauibus diuerſis, vnà cùm Claue præfati Eminentiſs., & Reue-

Reuerendiſſimi Domini Cardinalis, quam Clauem penès ſe remanſit, & in fidem Ego D. Ianuarius Boſſius Sacerdos Neapolitanus publicus Apoſtolica Authoritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ adſcriptus, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Ordinarius Notarius, & Archiuiſta, & in huiuſmodi Cauſa Notarius, & Actuarius Deputatus hic me ſubſcripſi, & ſignaui requiſitus &c.

Loco ✠ Signi.

Sequitur legalitas in forma &c.

Num. 5.

Proceſſus Depoſitionum quatuor Teſtium examinatorum de anno 1698. in acceſſu facto ad Sacriſtiam B. Iacobi de ordine Sac. Congr. pro reperiendis, & extrahendis operibus B. Iacobi, & inter eos Fr. Ludouici ab Auerſa productis in S. Congr. die 28. Ian. 1698. cuius copia originalis datur in manibus Emin. D. Card. Poncetis.

Primus Teſtis d. Proc. fol. 5.

ſucceſſiuè, & incontinenti in d. Cappella Beati Iacobi, & coràm eodem Illuſtriſſimo Domino Generali Vicario Neapolitano Iudice deputato, & cum aſſiſtentia prædicti Admodum Reu. Domini Nicolai Rotæ Subpromotoris fidei.

Examinatus fuit Admodum Reu. Pater Fr. Angelus Maria à Neapoli Ordinis Minor. Obſer. &c.

Interrogatus à quanto tempore citra aſſeruarentur in Armariolo Sacrarij huius Cappellæ liber manuſcriptus ibi repertus, & Conſignatus Dominationi Suæ Illuſtriſſimæ ad præſentiam ipſius Examinati = Reſpondit &c. (*& omiſſis aliis ad rem non facien.*)

Interrogatus. An in dicto Armariolo fuerint vnquam aſſeruata aliqua alia opera manuſcripta habita prò operibus eiuſdem Beati Iacobi.

Reſpondit. Non hò mai ſentito, che in detto Armariolo vi ſiano ſtate ritenute altre opere credute del d. Beato Giacomo, nè che ne ſiano ſtate leuate.

Interrogatus. An in aliqua alia parte huius Eccleſiæ, vel Conuentus aſſeruentur aliqua alia opera dicti Beati Iacobi de Marchia, & quatenùs &c.

Reſpondit. In Neſſuna parte di queſta Chieſa, e Conuento ſi ritrouano altre opere del detto Beato Giacomo, e ſe vi foſſero lo ſaprei di certo, nè mai hò ſaputo, che quì vi ſia ſtata altra opera, che quella contenuta nel ſopradetto libro conſernato nel d. Armariolo nella Sacreſtia di d. Cappella conſegnato à V. S. Illuſtriſs. Tunc &c.

Ego Fr. Angelus Maria de Napoli Min. Prouincialis depoſui, vt ſupra.

Ioannes Andreas Siliquinus Vicarius Generalis, & Deputatus.

Ego D. Nicolaus Rota Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, & Fidei Subpromotor interfui.

Antonius Bottone Notarius Apoſtolicus Deputatus Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Actor Magiſter pro Curia.

Super iiſdem depoſuit in ſuo Examine Frater Ioſeph à Neapoli Ordinis Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci ſecundus Teſtis d. Proc. fol. 6. tergo.

Tertius Teſtis d. Proc. fol. 7. à tergo.

Examinatus fuit Fr. Ludouicus ab Auerſa &c. Sacriſta Cappellæ Beati &c., & depoſuit, vt infra,

Et omiſſis aliis ad rem non facien. &c.

Interrogatus, An in d. Armariolo fuerint vnquam aſſeruata aliqua alia

alia opera manuſcripta eiuſdem B. Iacobi.

Reſpondit. Io non sò, nè hò inteſo dire, che in d. Armariolo vi ſiano ſtate tenute altre opere credute del d. B. Giacomo, ne che ne ſiano ſtate leuate.

Interrogatus. An ſciat, vel ſaltem dici audiuerit ſi in aliqua alia parte huius Eccleſiæ, vel Conuentus aſſeruarentur aliqua alia opera dicti B. Iacobi de Marchia, & quatenus &c.

Reſpondit. Io sò beniſſimo, che in neſſuna parte di queſta Chieſa, e Conuento ſi ritrouano altre opere del detto Beato Giacomo, che ſe vi foſſero, Io certamente lo ſaprei, & altra non hò ſaputo, che vi ſia ſtata ſe non quella contenuta nel detto Libro conſeruato nel detto Armariolo dentro la detta Sacriſtia di d. Cappella, che è ſtato conſegnato, come di ſopra hò detto à V. S. Illuſtriſs. &c.

Super iiſdem depoſuit etiam Pater Antonius de Auerſa eiuſdem Ordinis &c. quartus Teſtis d. Proc. fol. 9.

Præſens Copia fuit extracta à ſuo proprio Originali proceſſu in hac Curia Archiepiſcopali Neapolitana ſiſten. cum quo facta Collatione &c. Dat. ex Palatio Archiepiſcopali Neapolitano die 11. Menſis Ianuarij 1698.

Antonius Bottone Notarius.

Sequitur legalitas in forma.

Num. 6.

Acceſſus ad Sacriſtiam Beati Iacobi factus ſub die 28. Iulii de anno 1702. de ordine Emi Cardinalis Cantelmi, & Rmi D. Epiſcopi Fundani pro deſcribendis omnibus ſcripturis, quæ aſſeruantur in d. Sacriſtia concernentibus memorias d. Beati, cuius Copia originalis dat. Em. D. Card. Pomenti.

In Nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis vbique pateat euidentèr, & ſit notum, quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo, Indictione decima, die verò Veneris vigeſima octaua menſis Iulij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis Diuina Prouidentia Papæ XI. anno eius ſecundo fælicitèr Añ. Illuſtris, & Admodum Reuerendus Dominus Nicolaus Rota Canonicus Neapolitanus Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, ac Tribunalis S. Officij, Fiſci Patronus, & Fidei Subpromotor in Cauſa Canonizationis Beati Iacobi de Marchia, De mandato, & ordine Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Don Iacobi Sanctæ Romanæ Eccleſ. Presbyteri Cardinalis Cantelmi Archiepiſcopi Neapolitani, ac Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Matthæi Gagliani Epiſcopi Fundani Neapoli reſidentis Iudicum Delegatorum a Sac. Rit. Congregatione in ſupradicta Cauſa Canonizationis Beati Iacobi de Marchia, acceſſit vna mecum infraſcripto Notario Apoſtolico, & Archiuiſta Curiæ Archiepiſcopalis prædictæ, & Cauſæ prædictæ Actuario deputato, & Iurato, ac infraſcriptis Teſtibus ad Sacriſtiam Cappellæ dicti Beati Iacobi ſitæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Noua huius Ciuitatis Neapolis Ordinis Minorum Obſeruantium; Ibiquè reperto Reuerendo Patre, Fratre Ludouico ab Auerſa Sacriſta d. Cappellæ; Idem Dominus Canonicus iniunxit ei, quod indicaret, & exhiberet omnes Scripturas, quæ aſſeruantur in dicta Sacriſtia concernentes memorias dicti Beati Iacobi; Qui quidem

dem Pater Frater Ludouicus aperuit quoddam Armariolum, quod est in pariete dictæ Sacristiæ, in quo conseruantur aliquæ reliquiæ dicti Beati Iacobi, nempè Biretum, Calix, Corda linea, Baculus, & nonnullæ petiolæ lineæ, seù fragmenta linea, intincta Sanguine dicti Beati Iacobi, & ex dicto Armariolo extraxit infrascriptas Scripturas, seù Breuia Pontificia in Carta pergamena scripta, quibus visis, lectis, & recognitis per præfatum Dominum Fidei Subpromotorem, mandauit illa per me Notarium registrari in huiusmodi Instrumento, & sunt tenores sequentis videlicet.

Vn Breue d'Eugenio Quarto, quale concede licenza al B. Giacomo di predicare in Vngaria, spedito in Roma sotto il primo Aprile 1438.

Vn Breue di Nicola Papa Quinto, quale ordina al B. Giacomo, che si trasferisca in Ascoli ad instanza della Communità di quella, spedito in Roma sotto li 23. di Decembre 1448.

Vn Breue di Nicola Papa Quinto, quale concede facoltà al detto B. Giacomo di predicare à Ferrara, spedito in Roma sotto li 27. di Marzo 1449.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale concede l'Indulgenza alla Chiesa della Madonna delle Gratie in Monte Brandone à richiesta del detto B. Giacomo, spedito in Roma sotto li 24. di Gennaro 1455.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede facoltà al detto Beato Giacomo di predicare la Cruciata in Spoleti, & altroue, spedito in Roma sotto li 8. di Decembre 1463.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede Indulgenza à tutti quelli, che dauano elemosine per il Suffidio della Cruciata, commessa al Beato Giacomo, spedito in Roma sotto li 25. di Maggio 1464.

Vn'altro Breue di Pio Papa Secondo, quale conferma l'Indulgenze conceſſe dal detto Beato Giacomo della Marca à tutti quelli che somministrano Elemosine per la Cruciata, spedito in Roma sotto li 4. di Giugno 1464.

Vn Breue di Pio Papa Secondo, quale concede facoltà al Beato Giacomo della Marca di predicare à Perugia, spedito in Roma sotto li 15. Nouembre 1463.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda detto Beato Giacomo della Marca per Commissario in Vngaria, e Boemia per negotij della Santa Cruciata, spedito in Roma sotto li 17. di Maggio 1457.

Vn Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda il Beato Giacomo della Marca à predicare in Vngaria, spedito in Roma sotto li 18. Maggio 1457.

Vn'altro Breue di Calisto Papa Terzo, quale manda il Beato Giacomo della Marca legato in Vngaria, spedito in Roma sotto li 25. d'Ottobre 1457.

Vn Breue di Sisto Papa Quarto, spedito sopra la Canonizatione di S. Bonauentura, dato in Roma sotto li 15. di Gennaro 1475.

Breue di Leone Papa Decimo, quale concede Indulgenza à quelli ch'assistano alla Processione del Beato Giacomo la sera quando si can-

ſi canta l'Antifona Gemma Lucens &c. con il verſetto, ſpedito in Roma ſotto li 2. d'Agoſto 1515.

Breue di Clemente Papa Settimo, per il quale commette alli Veſcoui del Regno di Napoli ſopra l'Inquiſitione delle geſte del detto Beato Giacomo per la ſua Beatificatione, ſpedito in Roma ſotto li 17. di Gennaro 1524.

Vn'altro Breue di Clemente Papa Settimo, quale commette al Veſcouo d'Aſcoli, & altri l'Inquiſizione ſopra li geſta del detto Beato Giacomo per la ſua Beatificazione, ſpedito in Roma ſotto li 13. di Luglio 1525.

Vn Breue di Vrbano Papa Ottauo, ſpedito per la Beatificazione di detto Beato Giacomo, ſpedito in Roma ſotto li 12. Agoſto 1628.

Compulſoria della Sac. Congregazione de Riti per l'eſtrazzione di Scritture concernenti la Cauſa della Beatificazione di detto Beato Giacomo, ſpedita in Roma ſotto li 27. di Ottobre 1608. in Carta pergamena ſcritta con ſigillo pendente.

Vn'altra Commiſſione dell'iſteſſa Sac. Congregazione de Riti, ſpadita in Roma ſotto li 9. di Maggio 1609. in Carta pergamena ſcritta con ſigillo pendente.

Alcun'altre Scritture diuerſe in Carta Bombacina concernenti la medeſima Cauſa con qualche lettera ſcritta al detto Beato mentr' era viuente.

Et deindè præfatus Admodum Reuerendus Dominus Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis prædictæ, & Fidei Subpromotor interrogauit præfatum Patrem Fr. Ludouicum, an vltra prædicta Breuia, vt ſupra regiſtrata, & ſcripturas, adſint aliæ ſcripturæ in memoriam dicti Beati Iacobi.

Reſpondit dicens: Oltre delli ſopradetti Breui Pontificij regiſtrati, come di ſopra, Scritture, e Memorie, non vi ſono altre Scritture in memoria di detto Beato Giacomo della Marca, e queſto con giuramento l'atteſto, proùt iurauit. Et in fidem Ego D. Ianuarius Boſſius publicus Apoſtolica auctoritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ adſcriptus, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ Notarius, & Archiuiſta, & in ſupradicta Cauſa Notarius, & Actuarius deputatus præſens Inſtrumentum publicum confeci Neapoli ſub Anno, Menſe, Die, Indictione, Loco, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus Admodum RR. DD. Nicolao de Dominico Pauperum Patrono dictæ Curiæ Archiepiſcopalis, R. D. Nicolao Pandolfo, R. D. Franciſco de Luca, & alijs pro Teſtibus ad prædicta vocatis, habitis, atque rogatis, & in fidem hic me ſubſcripſi, & ſignaui requiſitus.

Loco ✠ Signi.

Sequitur legalitas in forma.

Loco ✠ Sigilli.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Ioannes Zucchérinus Subpromotor fidei

F. M. Archiepiſc. Iconien. Sac. Rit. Congr. Secret.

NEAPOLITANA CANONIZATIONIS B. IACOBI DE MARCHIA Ordinis Minorum Obſeruantiæ S. FRANCISCI

BEATISSIME PATER.

EXpedit ad puritatem Catholicę fidei confirmanda, & Hæreticorum prauitatem confundendam, Sacros Diuorum Faſtus, nouis interdum Sanctorum nominibus amplificare; Non ſolùm, vt Chriſtifideles Orthodoxæ Eccleſiæ fertilitatem in ſucceſſiua, & nunquàm deficienti eius ſobole admirentur, quæ ipſius peculiaris nota, & ſignum eſt, vt inter Recentiores doctiſſime probat Pater *Luchesin. in Demonſtrata Impiorum Inſania lib.2.ſign.8.*, & dixerat *Bozius de ſign.Eccleſ. tom.primo lib.7. pag.240.*, & 251. vbi ſeriatim enumerando Viros Sanctitate inſignes, qui in quolibet ſæculo floruerunt, ſpecialem mentionem fecit Beati Iacobi de Marchia, à cuius eximia Sanctitate, & Doctrina quartum ſæculum illuſtratum fuiſſe teſtatur.

Verùm etiam, vt eiuſdem Eccleſiæ Hoſtes, & ſignanter Hæretici, ac Sciſmatici, qui ex ſuis nullum Sanctum oſtentare poſſunt, hanc mirabilem fæcunditatem in eius prole, ac palmitibus auerſis, quamuis oculis videant, & inuideant.

Præcipuè tamen id exigere videntur improſpera naſcentis huius ſæculi exordia, multipliceſque calamitates, quæ magna voce clamant, vt Militantis Eccleſiæ augeantur præſidia, nouaque Chriſtifidelibus Sanctitatis proponantur exempla, quibus tanquàm recentibus ſtimulis, acriùs ad bonorum operum excitentur imitationem, & multiplicatis Interceſſoribus, dum eorum memoria in Benedictione renouatur, & excellentibus meritis, excellens rependitur honor, laudeſque offeruntur Altiſſimo, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, promptiùs illius iram placare valeant.

Sanè hoc honore meritò decorandus videtur Beatus Iacobus de Marchia à san.me. Vrbano VIII. vsque de anno 1624. iam Beatificatus, qui summa cum pietate, vitæque austeritate, summam doctrinam, mirabilem prudentiam, profundamque rerum agibilium experientiam coniunxit, & potens opere, ac sermone, à pluribus Principibus, ac Romanis Pontificibus, arduis in negocijs inceſſanter adhibitus, non in Italia ſolùm, verùm etiam in Hungaria, Bohemia, totaque Germania, ſemper rem vtilem geſſit Eccleſiæ, ſemperque contra eius Hoſtes pugnauit, ferè 250.m. ex ipſis ad veram fidem reducendo, & vbique faciendo prodigia, & ſigna magno in Populo, & adhuc poſt mortem, eius Nomen inuocantibus præſtò ſemper fuit, itaut ipſi quoque adaptari poſſint verba Eccleſiaſtici *cap.48. n.15.* = *Hic in vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt.*

Mirabilia profectò, Sanctiſſime Pater, Beatus Iacobus operatus eſt, etiam poſt mortem, & ſignanter poſt ei indultam Beatificationem. Ex pluribus cumulatis in Proceſſu Remiſſoriali, duodecim ad exigentiam cauſæ ſelecta fuerunt, quibus eius fama graditur ad inſtar Solis in Cæleſti Zodiaco per duodecim ſigna decurrentis. Vt videre eſt in Poſitione data ſuper hiſce Miraculis, eiuſque Memoriali Additionali ex gratia reaſſumendis, quæ in Congregatione Antipræparatoria, & Præparatoria ampliſſimè diſcuſſa fuerunt, & nunc infallibili Sanctitatis Veſtræ Iudicio humiliter ſubijciuntur.

Pro primo itaque Miraculo ſe offert Sacri eius Corporis Incorruptio poſt 227. annos à die eius obitus adhuc inuiolata, & intacta, excluſo prorsùs quocumque artificio apto ad illud ſic conſeruandum; imò cum exiſtentia partium de facili corruptibilium, nempè cerebri, ac mollis, & turgidæ oculorum ſubſtantiæ, & cum Pilis in facie, quaſi recenter tonſis, & colore rubro in vultu, quæ profectò qualitates, & ſigna mortuo non conueniunt, & vlteriùs prædictum Corpus eſt etiam tractabile, & flexibile, & ſæpiſſimè à Religioſis mouetur, eleuatur, ſpoliatur, nouiſque Veſtibus induitur, abſque vlla partium disjunctione, vel inclineratione. Nil mirùm igitur, ſi perſpecta, attentèque conſiderata huius Sacri Corporis Incorruptione, & flexibilitate, Eminentiſs. Cardinalis Vrſinus Archiepiſcopus Beneuentanus in acceſſu facto ad Cappellam Beati, publicè ac palàm in hæc verba prorupit = *Queſto baſtarebbe à conuertire tutti gli Eretici del Mondo* = Quod ratificauit etiam in duabus Epiſtolis directis ad Reuerendiſs. D. Promotorem i & in alia ſua ſpeciali atteſtatione datis in Reſponſione ad eius Animaduerſiones *Summ.Addit.num.1.*

Pro ſecundo Miraculo proponitur continuatio Primi; Nam ſi naturalia principia quolibet momento inſtat pro cuiuſcumque individui deſtructione & in hoc Sac. Corpore remanent, adhuc, vt præmiſſum fuit, quædam partes flacceſcentes, molles, & vnctuoſæ, quæ alterari, fermentari, & in putredinem faciliter abire poſſunt, neceſſe eſt, quòd etiam obſtatiua ſuperioris generis intenta ad illud preſeruandum quolibet momento reſiſtant, hoſtemque repellant; Et quemadmodùm in quolibet momento fit pugna, ita in quolibet etiam momento renouetur Victoria; qua ratione in Cauſa

ſa Canonizationis S.Mariæ Magdalenæ de Pazzis pro vno Miraculo admiſſa fuit Incorruptio, & pro alio eiuſdem continuatio, vt legitur in Poſitione ad probationem ſecundi Miraculi, & in *Reſponſione pag.*11. *&* 12.

Prò Tertio Miraculo adducitur mirabilis illa fragrantia nullo humano ſimilis odori ex Beati Corpore identidem ſpirans, & lætificans, ac ſpirituali quodam gaudio inebrians Mentes, & Corda Adſtantium, quæ ab omnibus Iudicibus, Teſtibus, Peritis, imò ab ipſomet Subpromotore Fidei ſenſibiliter percepta fuit in fine Viſitationis prædicti Sacri Corporis factæ de ordine huius Sacræ Congregationis.

Non obſtante tamen, quòd à prædictis factæ fuerint omnes poſſibiles diligentiæ ad effectum recognoſcendi, an intùs Vrnam, vbi iacet Corpus Beati, quæ ſemper quatnor diuerſis clauibus eſt obſerata, vel extrà, aut propè aliqua materia odorifera imiſſa, & retenta fuiſſet, & ſignanter à primo Perito, qui non contentus obſeruatione inſimul cum aliis facta, obtenta ab Eminentiſſimo Iudice particulari licentia, voluit ſeorſim omnia iterùm attentiùs perquirere, & recognoſcere, & nil prorsùs inuenit, certiorque exindè cum ſuis Colleghis factus fuit de veritate huius Miraculi, vt legitur in eiuſdem Relatione *Summar. num.*1. *pag.*69. §. *Reſpondit. Io hò ſtimato &c.* Prout etiam à ſecundo Perito, qui ſex fundatiſſimis rationibus concludentiſſimè probauit, Odorem illum nullo humano artificio procuratum fuiſſe, ſed omninò eſſe ſupernaturalem, & Cæleſtem, vt videre eſt in *Summario primi, & ſecundi Miraculi num.*8. §.8. *pag.*47. *& ſeq.*

Nihilominùs à nonnullis ex Sapientiſſimis Conſultoribus adhuc deſiderabatur, quod in prædicta Viſitatione Corpus Beati extractum fuiſſet ab Vrna, vt commodiùs perquiri, & inſpici poſſet, an in ea aliquid aromaticum, ſi non ante, in actu ſaltèm eiuſdem Viſitationis clàm eſſet introductum.

Verùm inter alias, à quibus per æquipollens idem potuit ſequi effectus, iſta quoque non defuit diligentia. Nam conſtat in facto, quod Beati Corpus extractum, amotumque fuit ex Arca, & extenſum ſuper Altare, ad hoc, vt omnia commodiùs inſpici poſſent, vt expreſsè teſtatus fuit Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in Epiſtola ſcripta ad hanc Sacram Congregationem, quæ habetur in *Summario* Tertij Miraculi *num.*3. *pag.*82., & dixerat etiam Notarius in Inſtrumento Recognitionis relato in *Summario primi, & ſecundi Miraculi num.*3. *pag.*54. vbi habentur hæc verba = *Viderunt Corpus dicti Beati Iacobi de Marchia, illudque tetigerunt, palpauerunt, amouerunt, & extollerunt, & totas ipſius partes à capite vſque ad pedes* = Notandaque ſunt verba illa = *Amouerunt, & extollerunt* = quorum primum vulgari idiomate ſignificat *rimouere* = vt ex Ethymo huius voeis, ac authoritate Plauti, & Terentij explicat Calepinus ſuper hoc verbo, ad differentiam verbi = *Mouerunt* = quod ſignificat motionem, non remotionem; Secundum verò, nempè = *Extollerunt à capite uſque ad pedes* = demonſtrat accuratiſſimam diligentiam factam in huinſmodi perquiſitione, & non ſolùm dicti Corporis mirabilem Incorruptionem, quòd ex tali motu non abijt in Cinerem; Verum etiam

eius flexibilitatem, dum tàm facilè tractari substinuit.

Prædictaque nitidiora redduntur ex alia successiua declaratione facta ab eodem Notario, cuius copia per extensum data fuit in *Summario Memorialis Additionalis num.4.* ac ex particulari Epistola scripta ab Episcopo Fundano, & clar. mem. Cardinali Cantelmo Reuerendissimo D. Promotori, & demùm ex alia ab eodem scripta huic Sacræ Congregationi sub die 2. Septembris 1702. quæ vt audiuimus per extensum lecta fuit ab Eminentissimo Causæ Ponente in Congregatione Præparatoria, itaut quæuis dubietas circà veritatem huius Facti cessare omninò videatur.

Nec obstat Decretum huius Sacræ Congregationis de non coadiuuandis probationibus, quia substantia huius Facti plenè resultat ex prædicto publico Instrumento rogato in actu recognitionis, & insimùl ex supradicta Epistola Episcopi Massæ Lubrensis, quæ cùm sit inserta in Processu Remissoriali, eiusdem pars est, eodemque iure, quo cætera acta iudicari debet; aliæ verò Epistolæ, quæ posteà superuenerunt, & nouissima ipsiusmet Notarij attestatio se habent per modum declarationis eorum, quæ actui insunt, & sic nil de nouo addunt, nec nouam constituunt probationem, vt in his terminis docet *Tent. in l. adeò §. Cum quis ff. de acquir. rer. domin. l. Heredes palàm §. Primo ff. de Testam. Rota dec. 262. num.26. par.19. rec.*

Quod pariter occasione magni litigij inter Latinos, & Græcos sub Eugenio IV. ob particulam = *Filioque* = additam Symbolo Apostolico, dictum, admissumque fuit in Concilio Ferrariensi, & Florentino, vt latè videre est apud Episcopum Nucerinum in sua Historia Vniuersali Conciliorum *parte prima pagina 741. numero 13.*

Non obstat replicatio, quod huiusmodi Miracula perspecta esse potuerint ante Beatificationem huius Serui Dei factam ab Vrbano Octauo de Anno 1624., quodque proindè censeri debent comprehensa in Decreto Beatificationis, itaut ampliùs non sint consideranda, præcipuè quià antiqua, & non superuenta; Etenim nec ipsa, nec vlla alia Miracula fuerunt expressa in prædicto Decreto, fortasse ob innumerabilem eorum copiam, solumque in confuso dictum fuit *Constare de Miraculis tàm in Vita, quàm in Morte* = Ideoque merentur nunc indiuidualiter approbari ad hoc vt specificari possint in Bulla Canonizationis, quàm Deo annuente obtinere speramus; Tantò magis quia continuatio eorumdem Miraculorum per 80. ferè annos post emanatum dictum Beatificationis Decretum, est nouum, & successiuum Miraculum, vt superiùs dictum fuit *in §. Pro secundo* quod propterea specialem exigit expressionem.

Quo verò ad Odorem, qui in vltima visitatione spirauit ex Corpore Beati, & ab omnibus sensibiliter perceptus fuit, vt nouum testimonium esset eius maximæ cum Christi Corpore affinitatis, & coniunctionis, cum non sit perpetuus, sed temporarius, quoties spirat, nouum constituit Miraculum, prout passim nouo Miraculo tribuitur quæcumque noua ebullitio Sanguinis Diui Ianuarij, vel effusio ex Brachiis Diui Nicolai de Tolentino, ideoque nouam pariter, ac specialem requirit expressionem.

Quarti Miraculi locum obtinet liberatio Ciuitatis Neapolis in Veſſuniano Incendio de anno 1631., ab ignito Globo, qui ex imis Montis viſceribus ſurrexerat, & primam ferè Regionem acris ſupergreſſus, Afflictæ Ciuitati iam iam deuoraturus imminebat, ſed ad Inuocationem Nominis Beati Iacobi, adaſpectum eius Sacri Corporis, ſtatim data benedictione cum eius manu, reſtitit, retroceſſit, motuque contrario in proximum mare propulſatus, deiectuſque fuit.

Nec ſubſiſtit, quod hoc Miraculum patratum fuerit ad Interceſſionem Diui Ianuarii, in cuius memoriam fit annua Proceſſio, quæ præcisè intitulatur = *del Patrocinio di S. Gennaro*.

Etenim eſt aduertendum, quod primi motus Veſſuuii incæperunt die 12. Decembris 1631., eruptio autem flammarum ſecuta fuit die 16. eiuſdem, eademque die fuit facta Solemnis Proceſſio, cum delatione Capitis, & Sangulnis Sancti Ianuarij, & tunc ceſſarunt (vt dicunt Teſtes) *le Laue di Fuoco*, ſed qnia adhùc perſiſtebat Machina Incendiaria, imò in dies magis augebatur, totalem Ciuitatis comminando ſubuerſionem; ideò expediens viſum fuit die 19. eiuſdem recurrere ad Interceſſionem Beati Iacobi, cuius Corpus cunctis comitantibus Ordinibus, & Miniſtris Ciuitatis, ipſoque met Eminentiſſimo Archiepiſcopo, & Excellentiſſimo Prorege excalceato, proceſſionalitèr delatum fuit ad Pontem Magdalenæ, & ſtatim data benedictione cum eiuſdem Brachio; Machina illa adeò minax, & horrenda ſe proiecit in Mare, & Ciuitas totalitèr ab ineuitabili, & imminenti periculo liberata remanſit, ità omnes Teſtes, ſed præceteris Decimus datus *in Summario ſuper Quarto Miraculo nu. 1. pag. 92. & 95. & XI. pag. 99. &* 101.

Et quidem ſuperfluum omninò fuiſſet hanc ſecundam, & ità ſolemnem ordinare Proceſſionem, ſi mediante alia priùs facta cum Reliquiis Sancti Ianuarii, Machina illa propulſata fuiſſet, & Cauſa, tàm Iuſti timoris pænitùs ceſſaſſet, vt patet ad ſenſum. Meritò igitur vnicuique ſuam tribuendo mercedem ad honorem Sancti Ianuarii, qui die 16. repreſſit Torrentes Igneos, inſtituta fuit prædicta annua Proceſſio, quæ eadem die 16. Decembris fieri ſolet; & in honorem B. Iacobi, qui tam ſpecialem partem habuit in liberatione Ciuitatis, opuſque integrè compleuit, eadem Ciuitas in fornice Cappellæ pingere fecit prædictæ Proceſſionis, & fugientis Globi Imaginem; Et inſuper Electi eiuſdem Ciuitatis exindè ſumpſerunt occaſionem ſollicitandi apud Cardinalem Columnam eiuſdem Beati Canonizationem, vt patet ex Epiſtola ab ipſis ſcripta dicto Eminentiſſimo in principio anni 1632., in qua ità ſe expreſſerunt = *Eſſendo dunque ſtata* (loquitur de Ciuitate) *con particolar benefizio protetta in queſte orrevoli anguſtie del Veſſuuio, e particolarmente aſſicurata nell'uſcita in Proceſſione del Corpo del Beato Giacomo della Marca ſuo Protettore &c.* = prout videre eſt *in Summ. Additionali reſponſionis ad Animadverſiones Reverendiſſimi Domini Promotoris Numero Vnico pag.* 34. Quod paritèr confirmarunt in duabus aliis Epiſtolis tunc ſcriptis Card. Sãcti Honuphrii, & Caetano, quæ oſtenſæ fuerunt Reuetendiſſimo

Domino Promotori, & originalitèr facta earumdem debita recognitione, dantur in manibus Eminentiſſimi Domini Ponentis.

Neque ex quo venti inſurrexerint, dum Globus ille proiectus fuit in mare quidquam detrahi poteſt Releuantiæ Miraculi; Nam cum ipſi ſpirare cæperint, eò temporis momento, quo Corpus Beati ad aſpectum Globi delatum fuerat, eiuſque Brachium aduersùs ipſum eleuabatur, vt benedicendo de eo triumpharet, & dum tota Ciuitas plorans, & genuflexa eius Interceſſionem inuocabat, quis attentis his circumſtantiis, non videt actum cauſatum fuiſſe non à ventis tanquam Cauſa naturali, ſed ab eius virtute, à quà ipſi excitari fuerunt tanquam Cauſæ fæcundæ, & famulatrices?

Nouumque non eſt, quod Diuina Omnipotentia, cui omnia ſubſunt, in patrandis Miraculis identidem vtatur mediis humanis, & Naturalibus, & ſignantèr Miniſterio Ventorum, ſed exindè non læditur Releuantia, nec immutatur Natura Miraculorum; hinc quando filii Iſrael fugiebant iram Pharaonis, Dominus Ventorum incurſione Mare rubrum vertit in ſiccum *Exod. Cap.* 14. *num.* 21., & quando præſeruauit Azzariam, & Socios in Fornace Babilonica, fecit medium fornacis quaſi Ventum Rotis flantem *Daniel. Cap.* 13. *num.* 49. *&* 50.

Et quod ſimiliùs eſt caſui noſtro habemus *Exod. Cap.* 10. *num.* 13. quod Moyſes = *extendit virgam ſuper Terram Ægypti, & Dominus induxit ventum Vrentem tota illa die, & nocte, & mane facto, ventus Vrens leuavit locuſtas* = *Et infra num.* 18. = *Egreſſus Moyſes de conſpectu Pharaonis oravit Dominum, qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſſimum, & areptam locuſtam proiecit in Mare Rubrum*=Moyſes itaque orat, venti ſpirant, locuſta proiicitur in Mare; Orat etiam Beatus Iacobus, ventus exoritur, & globus procidit in Mare; Sed vt proijciantur locuſtæ, tota die, ac nocte ventus ſpirat, vt propulſetur globus inſtantanea Ventorum ſufficit inſurrectio; quemadmodum igitur Miraculo, & non ventis tributa fuit locuſtarum eiectio, quia Venti non mouebantur à Cauſa naturali, ſed à potenti manu Dei, nec dominabantur, ſed inſerviebant, ità paritèr Miraculoſa cenſeri debet huius globi in Mare præcipitatio, quia ſucceſſit, dum Beati Corpus apparuit, & invocabatur eius Interceſſio, & quod magis vrget, illicò, & inſtantaneè.

Cæterum ſi concurſus Cauſarum ſecundarum derogare poſſet ſubſtantiæ Miraculi, Tobias viſum recuperaſſet, abſque Miraculo, quia felle Piſcis uſus eſt, & Cæcus Euangelicus nil Saluatoris noſtro debuiſſet, quia Collirium ex Luto, & Saliua ſuper eius oculis impoſuit, & naturalis, non Miraculoſus cenſeri poſſet Terremotus factus in ipſius obitu; eiuſque Sanctorum, veluti Martinæ, Paulini, & Venantij, & tamen Eccleſia eos Miraculoſos reputat, celebratque in Euangelio, & reſpectiuè in eorum lectionibus, & quidèm meritò, quia ad dignoſcendum, an actus iſti, in quibus media humana interueniunt, ſint Miraculoſi, vel naturales ponderari debet, an talia media principalitèr, vel ſecunda-

cundariò agant, quod decidi, ac determinari vnicè potest ex circumstantijs, quæ in casu nostro clarè demonstrant imperio hominis, Deo annuente, Ventos & Naturam humilitèr paruisse.

Constituit Quintum, & Sextum Miraculum repetita liberatio Nicolai Gambacurtæ à Cæcitate in vtroque Oculo, quæ incæpit ab Opthalmia, sed ob humorum copiam crassitiemque degeneranit in quandam speciem Guttæ Serenæ, & deindè in Cataractam, ac Pterigium seù Vnguem Oculorum, cum non modica carnis excrescentiâ, etiam extrinsecùs ei adnata; Morbus iste sic complicatus, seù potiùs Ilias Morborum à pluribus Medicis, & Chirurgis diù, sed frustrà curata, & tandem ab omnibus iudicata incurabilis, ad Intercessionem Beati Iacobi, qui in Vigilia suæ Festiuitatis Patienti inter somnum apparuit, quasi vltrò suum offerens Patrocinium, illicò, & in instanti deuicta, & propulsata fuit, rediitque tamen statim ac Gambacurta victus ab importunitate vnius Periti, qui antea eum curauerat, passus fuit, quod applicaretur in Oculo Sinistro quædam Pasta ad pænitùs delenda omnia Morbi uestigia, & sic Diuinis miscerentur humana; Quæ noua Cæcitas ita superuenta nouo Miraculo omninò tribuenda videtur, vtpotè de Cælo proueniens in pænam diffidentiæ, & ingratitudinis ergà Beatum exercitæ; Sed quod mirabilius, illicò, ac instantaneè iterum euanuit, post ritè, palam, ac publicè petitam veniam, vt totum Beato Iacobo tribueretur, ad cuius Cappellam Gambacurta, & Vxor in Testimonium gratitudinis Anathema suarum vestium deposuerunt.

Huiusmodi Miraculorum releuantia vindicata remanet ab omnibus difficultatibus excitatis à Reuerendiffimo Domino Promotore, ex latè deductis in Informatione, & responsione ad suas egregias Animaduersiones, vbi *pag.37. §. Quod verò &c.* responsum signantèr fuit ad obiectum, quod utraque Cęcitatis Sanatio prouenire potuerit à lacrymis effusis à Gambacurta in Cappella Beati; Quidquid enim sit, an simplex Opthalmia lacrymis solui possit; Illud certum est, quod in Morbis adauctæ materiæ, lacrymæ nihil proficiunt, ideoque ad dissipandum Cataractas, Pterigium, Carnisque excrescentiam, sunt prorsùs inutiles, prout in casu nostro optimè demonstravit euentus; Nam Gambacurta suam Cæcitatem die, ac nocte semper fleuit, sed plorando nihil prorsùs eam mitigauit, & in prima Sanatione lacrymæ non interfuerunt nisi post receptam gratiam, tunc profluentes = *per tenerezza. e gratitudine* = vt dixit in suo formali examine idem Gambacurta relatus in *Summario pagina* 114. §. 12., & in secunda anteceſſerunt, quia ipse fleuit suum errorem totum mane *pagina* 115. §. 15., absque tamen vllo fructu; Et sic prima sanatio lacrymas non expectauit, sed præuenit; Secundam vero ipsæ præuenerunt, sed frustrà; Vt vtroque casu lacrymas inutiles esse probaretur; Et vtramque Sanationem à Diuina Omnipotentia ad Interceſſionem Beati vnicè proueniſſe.

Quod si ex qualitate Medicamentorum, quibus Periti vsi sunt in curandis hiis Morbis deduci posset, quod imperitè, se egerunt,

ex-

exindè magis euidens redderetur Miraculum, cum Morbi, ob eorumdem medicamentorum insufficientiam,& improprietatem, tandem euaserint omninò incurabiles, & ad releuandum Miraculum, idem est,quod Morbi essent de sui natura incurabiles,vel quod Professores nescirent eos curare, & quod cessante artis, & naturæ Ministerio, in eo actu, quo inuocabatur Intercessio Beati, illicò, & instantaneè sanati fuerint; Quod intrà has circumstantias, nisi esset à Deo, debilitatem nostram nimium supra vires tentaret, & publici erroris ferè necessaria Causa euaderet.

Obiiciebatur, quod à Testibus examinatis in Processu Remissoriali, aliqui allegati sint in contestes, qui examinati non fuerunt, sed responsum fuit, quod factum sufficientissimè probabatur ex contextuali depositione sex Testium de visu, & duorum insuper Chirurgorum, qui fuerant adhibiti ad Curam, morbumque naturaliter pronunciauerant incurabilem, & pro desperato reliquerant, ac tandem ex formali examine eiusdem Gambacurtæ,in cuius personam Miraculum patratum fuit; Cùm igitur examinati fuissent Testes numero plus quam sufficientes, non erat profecto necessarium, omnes alios examinare, qui de eodem facto erant informati.

Nunc tamen addimus, quod qui fuerunt allegati in contestes, non erant noti Postulatoribus, cum deducti fuissent in Processu, præstito ab omnibus Iuramento de non reuelando Secretum; Nec vrget replicatio, quod potuissent examinari ex Officio à Iudicibus, quibus prædicta deductio innotuerat; Primo,quia non constat, quod tunc dicti Testes etiam viuerent, quod ab allegante probandum esset; Deindè quia cum (vt præmisi) sufficientissimus numerus Testium, & Peritorum examinatus fuisset, & haberetur insuper originalis depositio eiusdem Gambacurtæ, superfluum fortasse, & quidem meritò Iudices reputarunt non necessariis probationibus Processum impinguare, & proindè ab hoc vlteriori examine sese abstinuerunt.

Septimum Miraculum consistit in Instantanea sanatione Ignatii Auelloni à contumacissima neruorum Contractione, & conuulsione in Brachio dextero, vt sentit Dominus Sinibaldus, siuè ab Apostemate iàm degenerante in Cancrenam, vt visum fuit Medico, & Chirurgo Curæ, qui propterea intimauit illius sectionem; Sed omnia ad simplicem tactum Bireti Beati Iacobi disparuerunt in instanti,vt concludentissimè probatum remanet ex depositione quatuor Testium, qui habentur in Summario huius Miraculi.

Et frustrà impugnatur eius releuantia ex defectu Instantaneitatis,quia videlicet eiusdem tumefactio non euanuit, nisi post triduum, quia omnes Testes conueniunt, quod statim ac applicatum fuit Brachio infirmo biretum Beati, statim Ignatius illud liberè mouit, & elongauit à pectore, cui prius tenaciter adhæserat, cæpitque immediatè scribere, eoque vti, sicuti faciebat in statu salutis. Ad essentiam autem Miraculi requiritur, quod statim cesset malitia morbi, licet eius residua ad Testimonium, & euidentiam gratiæ aliquantulum durent, vt indiuiduali exemplo probatum fuit in Responsione super hoc Miraculo *pag.* 41., & 42.

Octauum

Octauum verò consistit in Instantanea Sanatione Liborij Auelloni fratris prædicti Ignatij obtenta pariter ad Interceſſionem Beati Iacobi ab inueterata, & atrociſſima Epilepſia, qua diù laborauerat, ſemper magis deteriorando, non obſtantibus medicamentis fruſtrà à pluribus Medicis ei propinatis, vt ſignanter retulit Carolus Fenia Medicus Curæ, cuius depoſitio data fuit *in Summario ſuper hoc Miraculo num. 1, pag. 167.* itaut deſerta fuerit Cura, non quidem ex imperitia, aut negligentia, ſed quia morbus verè erat incurabilis. Prædictus enim Fenia in §. 20. ità ſe expreſſit: *Fui chiamato Io alla cura di detto Liborio, come Medico Ordinario della Caſa, e mi fù chiamato anco il quondam Gennaro di Biſogno, & altri Medici, che non mi ricordo, con li quali fecimo diuerſi Collegij, ſeù Conſulti, & applicaſſimo diuerſi medicamenti al detto Liborio per lo ſpatio di quattro anni in circa, che durò la detta Epilepſia &c.* & infrà *e trà gli altri remedij, che noi applicaſſimo alla detta Epilepſia, furono nelli principij, di purgarlo, e ripurgarlo, con Pillole Capitali, e ſpecifici per detto Male, l'uſo del Cranio humano, il Sale di Ambra, che gli deſſimo appreſſo li decotti di Salſa con altri vegetabili Capitali, e molte altre coſe, che giudicaſſimo, che li poteſſero giouare per detto male, e continuaſſimo à darli medicamenti ſino ad vn ſegno, che noi conobbimo, che non li giouauano, mà faceuano peggio, e la detta Epilepſia andaua crescendo, ſi che ſtimando noi altri Medici diſperata la Cura di d. Liborio lo licentiaſſimo tanquam deploratus.*

Idemque vnanimiter referunt omnes alij Teſtes examinati ſuper hoc Miraculo, ex quorum depoſitione apparet, quod Æger fuit optimè curatus, ſed medicamenta nil profuerunt. Nec releuat, quod aliquando huiuſmodi morbus feliciter curatus fuerit, & in dies curetur, quia ſat eſt, quod id non potuerit ſuccedere in hoc morbo, cuius vis, & malignitas artem ſuperauit, & efficaciam medicamentorum eluſit, ideoque merito pronunciatus fuit incurabilis, & deſperatus.

Cæterum probatio huius inſignis Miraculi facti illicò, & inſtantaneè, non paulatim, & per gradus, vt natura huius morbi requirit, & abſque vlla Criſi, & proximò medicamento, reſultat ex depoſitione ſeptem Teſtium de viſu, inter quos adeſt prædictus Medicus Fenia, qui Ægrum curauit, & pro deplorato reliquit, ſanatumque de repente vidit, & tàm ipſe, quàm Ianuarius de Biſogno alter Medicus hanc ſanationem iudicarunt omninò miraculoſam, vt videre eſt *dicto Summario Num. vnico pag. 167.*, & concludit etiam D. Sinibaldus.

Pront etiam miraculoſa cenſeri debet inſtantanea ſanatio Victoriæ Sannellæ, (quod eſt nonum Miraculùm) à perfecta Paralyſi in Brachio, & manu ſiniſtra, cum earumdem partium attractione, ſeu conuulſione ei ſuperuenta in pœnam deriſionis, qua exceperat narratiuam flexibilitatis Corporis Beati Iacobi; qui morbi inſimul coniuncti, ſunt difficillimæ curationis, ac niſi promptè cedant medicamentis, & citò ſoluantur, ſequuta humorum congelatione, incurabiles omnino euadunt, prout euaſerant iſti, qui vltra ſex Menſes duraverant, ſicuti probatum remanet à pluribus Teſtibus, ipſoque Cura Medico, qui eſt XXXVII. Teſtis *Summ. huius Miraculi*

Num.5. pag. 191. *in fine ad* 194., & tameu ad Inuocationem nominis eiuſdem Beati, qui placatum Pœnitenti ſe exhibuit, ſtatim euanuere, & propterea ab omnibus ſanatio fuit iudicata Miraculoſa, prout etiam dictus Sinibaldus morbum ex diuturnitate incurabilem, & ſanationem ex Inſtantaneitate cenſuit Miraculo eſſe tribuendam.

Nil releuantibus diſcrepantijs ac difficultatibus à Reuᵒ D. Promotore, circà facti probationem, adductis, & ſignanter circa prædictam deriſionem ab ipſo impugnatam. Tùm quia in reſponſione fuerunt pænitus reſolutæ, tùm etiam quia non tangunt ſubſtantiam Miracli, quæ in prædictorum morborum contumacia, & omnimoda incurabilitate, eorumdemque inſtantanea ſanatione conſiſtunt, non in quibuſdam extrinſecis circumſtantijs, & præcisè in prædicta deriſione, qua etiam non interueniente, Miraculum ſtare poteſt.

Decimum Miraculum ſanationis Luciæ Tramæ à perfecta Paralyſi, cum conuulſione in Brachio, & manu dextera, quæ Patientem oppreſſerat, non per ſex Menſes, vt Victoriam eius conuicem, ſed per ſex annos continuos, & ſic euaſerat naturaliter incurabilis, & tamen ad tactum funiculi, & Biretti Beati Iacobi, illicò, & inſtantaneè ſanata, & reſoluta fuit; Probatum remanet à duobus Teſtibus de viſu, aliſque duobus de auditu, & publica voce, & fama, nec non ab eodem Medico Matthęo Caſaburi, qui fuit etiam Medicus Victoriæ, & hunc pariter morbum maiori quidem ratione, quia diuturniorem, pronunciauerat incurabilem, & ſanationem propterea dixit fuiſſe miraculoſam, vt legitur *in Summ. eiuſdem Miracali Num.* 5. *pag.* 192., *& ſequen.* §. 9. & cum hac lectura tranſit etiam D. Sinibaldus.

Vndecimum Miraculum reſultat ex ſanatione Hieronymi Barberini ab Anginà, qua impeditus fuerat per quatuor dies aliquid pro ſui nutrimento etiam liquidæ ſubſtantiæ aſſumere; Itant Alexander Ambroſellus Medicus Curæ Mortem prædixerit eſſe imminentem, & ineuitabilem, vt videre eſt *in Summario huius Miracali Num.*3. per totum; vix tamèn Æger Beati nomen audiuit, ſtatim experrectus fuit, & aſſumpta aqua immiſſa in eius Lagena, tactoque eius Bireto, liberè comèdit, & quod mirabilius, poſt triduum euomuit magnam quantitatem purulentæ materiæ, quam natura expellere non valuerat, & retenta in faucibus, locum naturaliter dare non poterat ſaluti, & huic pariter Miraculo conſentiunt omnes Teſtes, & Medicus Curæ, & etiam D. Sinibaldus ſe ſubſcribit.

Qui tamen aliquam difficultatem habere videtur circa ſanationem eiuſdem Barbarini à Pedum inuerſione, quàm à Natura ſortitus fuit, (& hæc conſtituit duodecimum Miraculum) reputans quod talis defectus procedere potuerit à ſola neruorum, ac Muſculorum conuulſione, & quod humores illam efficientes, ab acuta febri, quæ ei ſuperuenit liquari, & ſolui potuerint; Verum Teſtes omnes, & ipſemet Medicus Curæ relatus *in Summario pag.* 211. *ad* 213. potius firmare videntur, quod prouenerit ex praua, vel partium ſtructura, vel oſſium collocatione, quòd nullo artis præſidio, vel febrili calore emendari, aut ſolni vnquam potuiſſet.

Nec obeſſe valet, quod pro ſanatione huius morbi non fuerit ſpecialiter imploratum Patrocinium Beati, ſed tantum pro Anginà, quia

non

non eſt nouum, quod Sancti inuocati pro ſanatione vnius morbi, plures alios morbos inſimul ſanauerint, vt duobus exemplis probatum fuit in Reſponſione ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi D. Promotoris *pag.* 54. §. *Nec eius eſſentiam*.

Ac demum non obſtat, quod paulatim huiuſmodi pedum directio perfectionata fuerit, non in inſtanti, quia non derogat ſubſtantiæ Miraculi, ſi reſidua morbi paulatim diſſipentur, dummodò in inſtanti eius malitia deuicta fuerit, & retroceſſerit, & de ſtatu morboſo illicò tranſitus factus ſit ad ſtatum ſalutis, vt præuentiuè ad hoc obiectum reſponſum fuit in Informatione *pag.* 201. §. *Non obſtat*.

Cùm igitur omnia ſupradicta Miracula plenè, & concludentiſſimè probata videantur tàm quoad validitatem, quàm etiam quoad Releuantiam, merito ſperatur, quod omnia approbata remaneant ab infallibili Sanctitàtis Veſtræ ludicio, proùt humiliter ſupplicatur.

Quare &c.

Io. Baptiſta Lucinus Aduoc.

Reuiſa.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Ad 1470512



ERRATA IN SVMMARIO		CORRECTA
Pag.12.	lin. 6. riſpoſto	ripoſto
pag.17.	lin. 9. 470.	476.
eadem	lin.45. diuulgano	diuolgono
pag.18.	lin. 9. alzarſi	alzarli
eadem	lin.38. della	dalla
pag.25.	lin.52. ripoſta	ripoſto
pag.28.	lin. 3. Doti	Goti
eadem	lin.13. dell'	dall'
pag.32.	lin.48. noſtra	noſtris
pag.37.	lin.13. Cinericę e	Cinericee
pag.38.	lin.28. riuſcita	ricuſita
eadem	lin.34. che ſia ſtata	che non ſia ſtata
pag.40.	lin. 4. conoſceua	ſi conoſceua
pag.41.	lin.11. neme	re me
eadem	lin.42. abſcre	abſre
pag.42.	lin.23. Cęnobicum	Cęnobium
eadem	lin.50. dę articulatio	dearticulatio
pag.43.	lin. 4. vertebrix	vertebriæ
eadem	lin.52. tremera	tremora
pag.44.	lin. 3. aliquantis per	aliquantiſper
pag.45.	lin. 5. obtineat	obtineant
eadem	lin. 6. Elaſtica	Eleſtica
eadem	lin.30. color, non neque	color, neque
pag.47.	lin. 4. apicem	Opificem
eadem	lin. 9. qui	quis
eadem	lin.10. quoque	quippe
eadem	lin.13. naturaliter demortuis	naturaliter in demortuis
eadem	lin.19. locali	locari
eadem	lin.19. atagoniſta	antagoniſta
eadem	lin.30. exiſtit	exiſtet
pag.48.	lin.17. tactus	tactum
pag.49.	lin. 6. Torare	Torace
eadem	lin. 6. ſerua	ſeruaua
eadem	lin.44. conſeruano	conſeruauano
pag.51.	lin.32. flexibilia	flexibiles
pag.52.	lin.12. perſeneratum	perſeruatum
pag.54.	lin. 2. odore, e per	odore, & hauendo approſſimate le narici, oſſeruai, che non daua odore alcuno, e per
eadem	lin.49. altre ſi	altre dettiſi
pag.56.	lin.35. ſuturano	ſuturam
pag.57.	lin. 4. capedinitus	capedinibus
pag.70.	lin. 4. veſtigio alcuno di	veſtigio di
eadem	lin.35. clauzatur	claudatur
gag.72.	lin. 7. balſamatũ ſed reddendo	balſamatum reddendo
pag.74.	lin.11. tanto sò, quanto	tanto io, quanto
pag.76.	lin. 7. attaccate	attaccare
eadem	lin.12. aliquo	aliqua
pag.77.	lin. 1. 1169.	1177.
eadem	lin.51. reputatur	reputatus
pag.78.	lin.32. Illuſtrius	Illuſtrium

ER-

ERRATA IN SVMMARIO			CORRECTA
pag.79.	lin.16.	copia, & emanantem	copia emanantem
pag.80.	lin.24.	ſeparata	ſuperata
eadem	lin.28.	ſortitno	ſortitus
eadem	lin.32.	declaratum enixis	declarationem enixis
pag.81.	lin.12.	earum	eorum
eadem	lin.13.	promereatur	promereantur
eadem	lin.35.	præſcriptum	præſcriptis
eadem	lin.40.	atteſtantium	attrectantium
eadem	lin.44.	attentione	atteſtatione
pag.91.	lin.10.	in Mare	il Mare
pag.126.	lin. 2.	ora	trà
pag.128.	lin.29.	mai patito	mai più patito
pag.129.	lin. 2.	dalla	della
pag.131.	lin.19.	ricorrere	ricorrere
pag.144.	lin.29.	intorno	interno
pag.145.	lin.45.	ſi che	ſinchè
pag.153.	lin. 7.	interceſſione	interceſſione
pag.157.	lin.10.	è l'al-non mi	e l'altro non mi
eadem	lin.34.	ſe ne ſceſe	ſe ne ſceſe
pag.160.	lin.39.	Auallone hora	Auellone figliolo del detto qu. Sig. Mario Auellone all'ora
pag.162.	lin.30.	patì di	patì più di
pag.168.	lin.23.	fratelio	fratello
pag.179.	lin.40.	VIII. Teſtis	XVIII. Teſtis
pag.185.	lin.41.	detto mio braceio	detto ſuo braccio
pag.187.	lin.47.	ſubito cominciorono	ſubito ſi cominciorono
pag.203.	lin.29.	haverà incominciato	haueria incominciato
pag.204.	lin. 7.	riuſciuano	riuſcì vano
pag.213.	lin. 6.	bambe	gambe
pag.214.	lin. 4.	di d. Gallo	il d. Gallo
eadem	lin.13.	morbom	morbum

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

174
K
12

Digitized by Google